ΙΩΑΝΝΟΥ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ

ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ ΛΥΔΟΥ

ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ.

JOANNIS LAURENTII

PHILADELPHENI LYDI

DE MENSIBUS

QUAE EXSTANT EXCERPTA.

TEXTUM RECOGNOVIT ATQUE EMENDAVIT, E GRAECO IN LATINUM CONVERTIT ET PERPETUA CUM SUA ET NICOLAI SCHOWII, TUM

CAR. BENED. HASII ET FRID. CREUZERI

ALIORUMQUE ADNOTATIONE INSTRUXIT INDICEMQUE COPIOSISSIMUM ADJECIT

GUILIELMUS ROETHER,

PHIL. DR. A. A. L. L. M., GYMNASII HEIDELBERGENSIS NUPER PROFESSOR, NUNC VERBI DIVINI APUD MOSBACENSES MINISTER.

ACCEDIT

HERMETIS TRISMEGISTI

ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ ΧΥΛΩΣΕΩΣ

LIBELLUS

ET

VETTII VALENTIS ANTIOCHENI

LIBRI PRIMI ΑΝΘΟΛΟΓΙΩΝ

FRAGMENTUM.

LIPSIAE ET DARMSTADII

TYPIS ET IMPENSIS CAROLI GUILIELMI LESKII

MDCCCXXVII.

NOBILISSIMO

PHILOSOPHORUM ET LITERATORUM

ORDINI

INCLYTAE ACADEMIAE LOVANIENSIS

GRATUM ANIMUM

TESTIFICATURUS

D. D. D.

GUILIELMUS ROETHER.

GUILIELMI ROETHERI

PRAEFATIO.

Cum indefessum illud studium, quo nostris temporibus a viris doctis optimi quique atque elegantissimi scriptores Graeci ad veram bonarum literarum utilitatem tractantur, omni laude prosequendum est et grato animo accipiendum: tum nemo fere eruditior tanquam male collocatam operam aut vituperaverit, aut certe improbaverit, si serioris Graecitatis scriptores, qui quidem optimis illis adnumerari non possunt, aut latentes adhuc in bibliothecis in lucem protrahuntur, aut editi jam majore adhibita cura emendatius eduntur. Ex quibus scriptoribus ii potissimum digni esse videntur, qui aliquanto diligentiorem curam criticam nanciscantur, quos minus latino vocabulo compilatores dicunt, quippe qui aut ex ipsis fontibus temporum injuria obrutis hauserunt, aut ope codicum, iis, qui hodie in bibliothecis servantur, praestantiorum, Excerpta sua conscripserunt. Atque hos inter compilatores haud ultimum sane lo-

*

cum obtinet *Joannes Laurentius Lydus.* Licet enim et ipse omnibus quibus ceteri cadentis Graecitatis scriptores laboret vitiis, tamen multo accuratius, quam reliquorum plurimi provinciam suam administravit adeoque haud exigua pars antiquitatis ejus operâ illustratur.

Quae cum ita sint, sane quam magnam ab antiquitatis amantibus inierunt gratiam ii, qui hujus scriptoris opuscula in lucem edidere, *Nicolaum* dico *Schowium*, qui superioris saeculi anno nonagesimo quarto ejus opusculum De Mensibus, *Jo. Dominic. Fussium*, qui anno MDCCCXII. ejus libros De Magistratibus, et qui nuper admodum De Ostentis opusculum multis partibus mutilum ex bibliothecarum latebris protractum plane miranda, ac paene incredibili cum arte critica restituit, *Car. Bened. Hasium.* Cujus viri doctissimi opere quanto magis delectamur, tanto magis dolendum est, quod De Mensibus opusculum, primum cum ederetur, non parem nactum est editoris curam diligentiamque. Quam multa enim *Schowius* futuro ejusdem opusculi editori fecerit reliqua cum emendanda, tum illustranda, haud fugere existimo eum, qui vel leviter illud attigerit. Quotaquaeque enim, ut hoc utar, ejus est pagina, in qua non semel atque iterum foedissimis, quibus textus laborat, vitiis impediamur, quo minus statim scriptoris ceteroqui minime difficilis sententiam intelligamus.

Itaque haud adversandum mihi putavi, cum ante hos tres et quod excurrit annos *Frid. Creu-*

zerus, quo nuper magistro usus nunc utor amico, mihi auctor esset, ut novam hujus opusculi editionem criticam reciperem adornandam. In quo opere cum eo mihi jam pervenisse videar, ut non verendum sit, ne viri docti nimiae me incusent properationis, quod editionem meam in lucem emisi, jam trado hanc meam lucubrationem iis, quibus hoc literarum genus curae est. Hoc mihi faciendum restat, ut de totius operis ratione et quomodo, quod mihi proposueram, consequi studuerim, nonnulla praemittam. Neque enim, quod a scriptorum veterum editoribus fieri solet, ut in fronte editionum suarum agant de vita scriptoris, de fatis librorum ejus, de codicibus quibus usi sunt, de veterum super quolibet scriptore testimoniis, et quae sunt reliqua, idem mihi faciendum, cum Hasius in ea commentatione, quae praefixa est Joannis Lydi De Magistratibus operi, ista omnia jam ita persecutus sit, ut ego actum agere viderer, si de istis rebus explicare instituerem. Quare eos lectores, qui ista discere cupiant, ablego ad ejus quam laudavi commentationis paragraphos V. XVI. XVII. XVIII. et XXIII.

Jam quod ad hanc meam editionem attinet, omnium primum id egi, ut partim e codice Parisino numeri 3084., qui unus nondum ante collatus erat, *) partim ex codicis Romani lectio-

*) Conferendum hunc codicem curavit cum editione Schowiana Hasius per *A. Cherbuliezium* (Cherbuliez), verbi divini

nis varietate, quam adnotavit Schowius, cujus adnotationem integram meae inserui distinctam hoc siglo: SCH., partim ex fontibus, quos Lydus in conscribendo libro suo ante oculos vel habuit, vel habuisse videtur, partim denique ex conjectura, adhibitis iis scriptoribus, qui idem tractarunt argumentum, textum purgarem vitiis, quoad quidem ejus fieri poterat, lectoribusque ita redderem expeditiorem. Qua in re eam adhibui cautionem, ut raro aliquam lectionem reciperem, nisi quae aut codicum, aut fontium, e quibus hausit Lydus, commendaretur auctoritate; ubi manifestum esset, a librario esse peccatum, meo etiam periculo eam, quae mihi vera videretur, reponebam lectionem, ita tamen, ut in notis omnium mutationum mearum redderem rationem, paucis exceptis, v. c. ubi in Comparativis $\bar{\omega}$ positum esset pro $\bar{o}$, ubi deesset *ν ἐφελκυστικόν*, et similibus; in aliis locis haud me pudebat vocula *sic*, in notationibus criticis usitata, indicare, non me intelligere sententiam loci corrupti, quanquam interdum haberem, quomodo eum ex conjectura sanarem. Praeterea orthographiam quam dicunt atque distinguendi sententias rationem ad eum modum, qui nunc maxime invaluit, accommodavi. In animo insuper erat, Excerpta Planudea, quae inseruit Schowius textui Barberiniano, sed non omnia suis locis, ea potissimum, quae parte III.

---

ministrum Genevensem, qui tunc temporis in universitate Parisiensi inter Hasii auditores literis operam dabat.

continentur, in justum redigere ordinem: quod tamen omisi, ne mea editio a Schówiana nimis differret, ut, qui illam non in promtu haberent, eos locos, quos viri docti, Creuzerus, Hasius, Jacobsius, alii, in scriptis suis ex Schowii editione laudaverunt, etiam in mea reperire possent. Itaque in hoc me continui, ut in adnotatione indicarem, cum quibus aliis locis haec Excerpta essent jungenda. Eodem consilio etiam capitum paginarumque numeros, quos Schowii habet editio, in margine adposui: nam, quod Schowii distinctionem nulla certa ratione nixam non sum secutus, sed quodvis Excerptum suo insignivi numero, id nemo non probabit.

Quo in negotio illud me maxime delectavit, quotiescunque postea vidi, congruere meas emendationes cum viris doctis, quorum est mihi auctoritas pro manifestis argumentis. Hunc consensum ut plurimum in adnotatione memoravi; in nonnullas aliorum emendationes nescio quo casu tum demum incidi, cum major jam operis pars typis esset exscripta: *) quod ideo moneo, ne mihi crimini dent viri docti, quod ipsorum non

*) Sic v. c. *Frid. Jacobsius* ad Anthol. Palat. vol. III. pag. 395. verba *οὗτος αὐτὰ μέν*, quae sunt part. I. num. 9. pag. hujus edit. 6 jam mutaverat in *οὐ τοσαῦτα μέν*, ut ex Hasii ac Boissonadii conjectura reposui. Verba *οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων* part. I. num. 16 pag. 20., ille, ut et ipse, lib. laud. pag. 913. reddit per *mathematici*, addens: „ne cum editore aliquid excidisse putes.“ — Ibidem pag. 949. pro *πολυαστέρος ἡνία νεύων*, ut legitur part. II. num. 4. pag. 42. scribi vult *νυκτὸς πολυαστέρου ἡνιοχεύων*, quam emendationem loco Anacreontico (ap. Athen. l. XIII. p. 564. D.) *τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἡνιοχεύεις* confirmat. — Idem ibid. p. 321. pro *διὰ δὲ αὐτόν*, quod est part. II. num. 9. pag. 64., quodque Scho-

fecerim mentionem, neve me illud graculi, ut est in fabula, commisisse dicant, quae a me arrogantia longe est aliena.

Deinde hoc mihi potissimum curae fuit, ut eorum, quos vel laudat Lydus auctores, locos accurate excitarem, atque ubi opus esset, Lydi errores in nuncupandis fontibus commissos corrigerem, vel quos silentio praeterit, quoad ejus fieri poterat, indagarem, repertorumque nomina indicarem. Ceteros Joannis errores, quos commisit plurimos, in explicandis etymis partim notavi, maximam autem partem silentio praetermisi, ut quos docti vel me tacente essent deprehensuri. Neque enim tam scriptorem ipsum ad Criticae regulam exigendum putabam, quam ejus libellum a mendis, quae librariorum negligentia irrepserunt, a me purgandum. Ad illustranda autem ea, quae minus perspicua essent, tum locos similes ex ipsius Joannis reliquis scriptis contuli, quo ejus scribendi genus magis perspiceretur, tum veteres quoque scriptores, qui easdem res attigerunt, excussi, eorumque locos,

---

wius correxit διὸ δὲ α., ego autem ita corrigendum censebam, ut post διὰ δέ poneretur τοῦτο, scribendum censet Δία δὲ αὐτόν. — Oraculum Hecates, quod est part. III. num. 7. pag. 94. eodem atque nos modo emendat pag. 615. pro τρὶς ἀφαιροῦσα ponens τρισσὰ φέρουσα. — Item p. 324. ἀκίνητος, quod erat part. III. num. 30. pag. 126., ut nos ex Platone correximus, mutat in ἀεικίνητος. — Pag. 875. βακχευτήν, quod est part. IV. num. 38. pag. 200. ante verba καὶ ἀνατρέχοντα, depravatum esse ait, et post verba ἀνὰ τὸν οὐρανόν ante ἐκ τῆς τ. ἑπτ. supplet τὸν δὲ οὐρανόν, pro quo ipse posui ὄν, quod eodem recurrit. — Pag. 611. et ipse μένει, quod legitur part. IV. num. 48. p. 228. (quod male Schowius ejecerat) mutat in μέρει.

quoad facere possent ad Lydum vel emendandum, vel facilius intelligendum, adscripsi. Denique recentiorum quoque libros, eorum maxime, qui Joannis opusculum lectitarunt, qui haud pauci sunt, consului et quae ad rem nostram facere videbantur adnotavi. In quo negotio si multa fortasse praetermisi, quae viri docti desiderent, eos reputare velim, primum mihi fuisse cavendum, ne justum adnotandi modum excederem; deinde, me, quo tempore conscribebam has adnotationes, munere scholastico, quo tum fungebar, impeditum fuisse, quo minus quidquid copiarum in doctorum hominum libris exstaret undecunque colligerem; denique nonnullos libros, qui ab aliqua parte Lydum nostrum juvare possent, nuper admodum prodiisse, cum magna schedarum mearum pars jam ad librarium esset transmissa. *)

---

*) Multa sunt, quae jam nunc addere ac supplere possem, nisi negotiis urgentibus prohiberer, quo minus conscribam Addenda atque Supplementa. Alio tempore, ubi plura collegero, mantissa, quam dicunt, opusculum meum sequetur, qua pro viribus illud et emendare et supplere cogito. Hoc loco non possum quin addam, quae vir doctissimus, *L. Chr. Zimmermannus*, ad plagulas a se correctas adnotavit. Ad pag. 198. *τρίτος Καβίρου παῖς κ. τ. λ.*] Cf. Welcker. *Die Aeschylische Trilogie Prometheus* pag. 164. sq. — Ad pag. 224. *Ἀμαλθείαν*] Conf. Welcker., *Ueber eine Kretische Kolonie in Theben* p. 6. sq., not. 12., ubi et noster locus laudatur. — Ad pag. 228. *τὸν Δία Ἰδαῖον εἶναι*] De Jove Promethei filio cf. Welcker. *Die Aeschylische Trilogie Prometheus* pag. 96. not. 112., ubi item noster locus laudatur. — Ad. pag. 232. *πρὸς τ. ἄλλων ἐπικομιζομένοις*] De voce *βῶλος* genere masculino obvia conf. etiam Corayum ad Plutarchi Alexandr. 25. Lobeck. ad Phrynich. pag. 54. Masculino genere etiam Apollon. Rhod. III, 1393. usurpat. — Ad pag. 286. *ὁ Εὐφορίων φησίν*] Vid. Euphor. Meinekii pag. 167.

In hoc omni adnotandi negotio nunquam non et eximie sublevatus sum *Hasii* et *Creuzeri*, VV. CC. adnotationibus manu exaratis, quas ut una cum meis evulgarem humanissime illi mihi permiserunt. Quorum virorum priorem cum de nonnullis mearum conjecturarum atque emendationum consuluissem, ille literis copiosissimis a. d. VI Kal. Jun. ann. MDCCCXXIV. ad me datis non modo dubitationes meas sustulit, verum etiam plurima alia, quae ipsi inter legendum succurrissent, addidit: quas adnotationes Germanice perscriptas verbotenus in Latinum converti, ut nunc inter meas adnotationes leguntur. Ejus liberalitatis causâ ut viro doctissimo ex animo ago gratias, ita eum rogo, ut si qua minus Latine reddita fuerint, ea, qua est humanitate, simul cum reliquis meis erroribus excuset. Creuzerus autem notas suas in margine exempli sui adscripserat ita, ut eas curavi typis exscribendas. Sunt autem hae adnotationes consignatae hisce siglis: Has. Cr., cum meae his literis: Rr. a ceteris distinguantur.

Praeter hos duumviros alterum par virorum doctissimorum mihique amicissimorum de Lydo promeruit, *Ernestum Antonium* dico *Lewaldum* ac *Laurentium Nokkium:* quorum ille cum a me consultus esset de duobus locis Aristotelicis, qui Joannis opusculo continentur, in excursu, quem inde a pagina 300. addidi, ea de iis disputavit sollertia, eoque acumine, quae ille cum aliis scriptis, tum nuper Aristotelicarum Cate-

goriarum editione satis comprobavit; hic, ut pag. 10. jam indicavi, multos mathematici argumenti locos ingeniosissime partim emendavit, partim explanavit, mihique permisit, ut suas quoque adnotationes meis insererem.

Porro, quo brevius defungi possem explicandi officio neque pluribus opus esset adnotationibus, ipsum opusculum in Latinum sermonem converti. Ad quam interpretationem Latinam quod attinet, ut ejus, qui Lydi opus De Magistratibus Latinum fecit, Dominici Fussii, verbis utar, „fateor me, quamvis nihil non fecerim, necubi me auctoris sententia fugeret, vereri tamen, ne aliquoties a vero aberraverim. Etenim non pauca occurrebant, quae quomodo potissimum verterem, dubitavi. Obscuritatis autem culpa partim ipsis rebus, partim auctori tribuenda, cujus oratio perspicuitate minime commendatur. Nam et verba quandoque parum usitata, aut insolentiori, ut mihi quidem videbatur, significatione usurpavit: ut nonnunquam in vertendo potius rem ipsam, quam solitam verborum vim respiciendam putaverim... Eadem (versio) ut fida magis quam elegans esset, operam dedi, et in legendis verbis, cum utrumque praestare non possem, perspicuitati malui, quam dictionis castitati, consulere.“ Multa in ea a viris doctis vituperatum iri persuasum habeo: qui si emendabunt ea, quae a me commissa fuerint vitia, et de opere, et de me ipso quam maxime promerebuntur. Hoc testari possum,

laborem certe in hac operis parte conficienda a me non esse evitatum.

Atque ut haec opusculi dudum noti editio nova novâ quoque aliqua accessione augeretur, Creuzerus duo opuscula inedita ad calcem adjicienda humanissime mecum communicavit, quae equidem iis, qui hujus generis scripta legunt, non ingrata fore confido: *Hermetis Trismegisti* opusculum *Περὶ βοτανῶν χυλώσεως*, et *Vettii Valentis Antiocheni* primi libri *Ἀνθολογιῶν fragmentum.* Quorum illud ex codice Leidensi Vossiano Creuzerus partim ipse descripsit, partim describendum curavit; idem postea Fr. Xav. Werferus, Monacensis, qui nuper morte praematura et amicis et literis ereptus est, rogante Creuzero ex codice Augustano (nunc Monacensi, chartaceo, saeculi XV., numeri 542.) summa qua solebat diligentia descripsit: quae ambo Apographa denique Baehrius, V. Cl. inter se contulit et addita cum lectionis varietate, tum vero alia adnotatione totum opusculum in eam redegit formam, qua ego typis exscribendum curavi. *Vettii* fragmentum (de quo conf. Fabric. Biblioth. Graec. vol. II. pag. 510., vol. IV. pag. 144. 162. 219. ed. Harles.) ipse ex Jacobi Gronovii Apographo, *) quod Creuzerus a Wyt-

*) Continet illud Apographum, praeter hoc nostrum fragmentum, Excerptum ex Jamblichi Historici Babyloniacis et *Τοῦ αὐτοῦ Ἰαμβλίχου εἰς τὴν ἐπιστολὴν Πορφυρίου* (qui liber vulgo inscribitur de Mysteriis Aegyptiorum). De hoc universo Apographo dicetur a me alibi. Hoc loco eorum in usum, qui astrologiae veterum operam dare, hoc est, qui, uti Kepplerus ille nostras dicere solebat, *sapien-*

tenbachio dono acceperat, descripsi et brevi adnotatione instruxi. In quo cum sidera, de quibus agit auctor, non ipsis nominibus, sed ut plurimum siglis astronomicis significentur, idque non usitatis illis, quae aeri incisa Cangius subjunxit Notis sententiarum pag. 5. (ad calcem Glossar. Graec. vol. II.); ego, ut viris harum rerum peritis de interpretatione mea relinquerem judicium, omnia siderum nomina, quae in Apographo siglis notantur, asteriscis designavi, ipsa

---

tis matris filiam stolidam nosse cupiant, illud addam, inesse hunc ipsum librum Valentis Ἀνθολογιῶν in codice Regio Parisino Nr. 94., quod sero didici ex doctissimi et sagacissimi viri *Letronne* libello, qui inscribitur: Observations Critiques et Archéologiques sur l'Objet des Representations Zodiacales, qui nous restent de l'Antiquité. Paris 1824; qui ibidem pag. 89: „A la même époque appartiennent d'autres ouvrages de ce genre; entre autres, celui de Vettius Valens, dont l'objet a été de faciliter aux astrologues les calculs que leur art exigeait: il paraît avoir été redigé sous Marc Aurèle: du moins, les exemples les plus récens qui s'y trouvent cités, se rapportent aux dernières années d'Antonin-le-Pieux." Conf. ibid. p. 105. ubi Letronnius agit de significatione vocis οἰκοδεσπότης. Atque ut nec ipse plane ἀσύμβολος discedam ab hoc convivio, adscribam quae adposui ad Plotini librum eum, quo hic philosophus Astrologorum somnia refutat II. 3. ad verba p. 140. D: τὸ δὲ ἀναφορὰς ζωδίων ἀναμένειν. Plane enim ita inscribitur caput Valentis περὶ ἀναφορᾶς ζωδίων (pag. 336. ad calc. Jo. Laur. Lydi) et valde frequentatur haec formula in his fragmentis. Neque tamen vel ex Stephani Thesauro novissimae editionis Valpianae (p. 10010.) accurate discas quid illa sibi velit. Exstat autem Hypsiclis Alexandrini liber Ἀναφορικός. Varie item et ἀναφορά, sive ἐπαναφορά, et ἀναφορικός et ἀναφορικῶς et καταφορὰ κ. τ. λ. usurpatur a veteribus astrologis. Tu vide Sextum Empir. adv. Math. V. 20. p. 341., ubi recte J. A. Fabricium a Salmasii conjecturis vulgatam vindicasse vel ex Plotini l. l. intelligas. Cf. etiam Sextum lib. V. §. 52. 53. seq. Frequentat nec minus Cl. Ptolemaeus in libris astrologicis. Vide, ut hoc utar, ejus Καρπόν, sive Centum Dicta, sect. 25; Porphyrii Introduction. in Ptolemaei Tetrabibl. p. 201. et passim alibi. Adde Procli Sphaeram ibiq. Henisch. p. 201. ed. August. Vindel. 1619. Cr.

autem sigla in tabula lapidi inscripta una cum Cangii notis ad calcem hujus libri adjeci.

Postremo, quo Lectorum commodis consulerem, adjeci indicem copiosissimum, in quo conficiendo quanquam potissimum res in libello obvias spectavi, tamen etiam criticam adnotationem respexi, secutus inprimis eam rationem, qua usus est Hasius in indice ad librum De Ostentis.

Quod reliquum est, externam libelli conditionem nemini displicituram spero; nihil enim nec ab honestissimo redemtore, neque ab eo, qui plagulas a prelo madentes emendavit, *L. Chr. Zimmermanno*, viro doctissimo atque clarissimo, Gymnasii Darmstadini Conrectore meritissimo, cui hoc loco a me grates persolvendae sunt, praetermissum est, quod ad libelli faceret et nitorem et elegantiam. Quod si praeter paucissima menda typographica, quae indicavi ad calcem, in nonnullis exemplis potissimum accentus desiderantur, ejus rei nihil nisi typorum conditio in causa est, ut qui prelo vehementius incumbenti nonnunquam cesserint, et quidem ita, ut accentus a suis literis disjungerentur, ideoque non exprimerentur.

Haec hactenus. Utere nunc, lector benevole, opera mea, et si quid in hac Lydi editione minus responderit exspectationi tuae, id boni consule.

Scribebam Mosbaci in silva Ottonica a. d. IV Kal. Mart. ann. MDCCCXXVII.

EDITIONIS SCHOWIANAE
PRAEFATIO.

LECTORIBUS S. LIBRARIUS.

Quum hic libellus iam ante annum, et quod excurrit, integer fuisset formulis nostris descriptus, neque ei deesset, nisi editoris, doctrinae copiis et celeberrimi et praeclare meriti Viri, praefatio, Ipsi autem ad alia munera et negotia, gravissima illa, in patria translato, non vacasset, a nobis per litteras rogato, eam conscribere; noluimus committere, vt diutius premeretur apud nos hoc opusculum, eiusque bonis multis et variis carerent harum litterarum amatores. Repetiimus autem, pace Viri doctissimi, eius Praemonenda, Specimini huius operis, Bibliothecae veteris litter. et artis Ineditis, fascic. VII. p. 21. ss. inserto, praemissa:

„Ut nunc se res habent, vix ulla spes affulget, fore, ut ullus ex scriptoribus classicis, praesertim graecis, vel eorum, quos habemus, particulae et libri deperditi, reperiantur. Aliqua

tamen litterarum graecarum classis, in qua et nova monumenta, sparsim in bibliothecis adhuc latentia, detegi possunt, et cum utilitate in lucem proferri, ea est, ad quam compilatorum opera referuntur. Hi enim aut ex fontibus, quos temporum iniuria perdidimus, hauserunt, aut ex codicibus, iis, qui hodie in bibliothecis servantur, emendatioribus ac copiosioribus descripserunt. Inter hos compilatores *Joannes Laurentius Philadelphiensis Lydus* haud ultimum locum meretur; diligentius enim in antiquos religionis Graecae ac Romanae fontes inquisivisse videtur, sententiaeque Photii cod. CLXXX. p. 407. de eodem Lydi opere his verbis iudicantis: *ἡ περὶ μηνῶν πραγματεία, εἰ καὶ πολὺ τὸ ἄχρηστον ἔχει, ἀλλ᾽ οὖν πρὸς τὴν τῆς ἀρχαιότητος μάθησιν ἐπίχαρί τε καὶ λίαν χρειῶδες·* lubens subscribo. Nam fatendum est, a Lydo non minus, quam a ceteris serioris aetatis compilatoribus, multa proferri trita, frivola, minusque utilia. Lydi aetas ex eodem Photii loco nota est; vixit nempe saeculo VI. sub Anastasio, Iustino et Iustiniano imperatoribus (vid. Fabricius bibl. Gr. Vol. III. p. 512.): excerpta eius *περὶ μηνῶν* Codinus et Suidas ante oculos habuere; quapropter et hi duo Lydi operi lumen adferunt, indeque mutuantur. Iam vero, cum mihi constitutum sit, integra Lydi excerpta *περὶ μηνῶν* in lucem edere, quo melius de incepti utilitate viris literatis constet, specimen quoddam editioni praecedere volui; etsi

minora eorumdem fragmenta, quae Lambecius animadversionibus suis in Codinum ex ms. regio Parisiensi inseruit, eruditorum desideria diu iam excitarint. Ad haec nuper memorata Lydi excerpta, quae, ut ex Fabricii bibl. Gr. vol. XIV. p. 6. videmus, *Leo Allatius* in Symmictis publicare voluit, primum meum advertit animum exemplar ex relictis Allatii chartis descriptum, quod cl. et eruditiss. abbas *Marinius*, Archivi Vaticani praefectus, mihi perlegendum dedit; hoc anecdotum, cum insignem eiusdem valorem ac utilitatem facile perspicerem, cum codice ms. Biblioth. Barberinianae num. CLXXVII. quo idem Lydi opus continetur, avide conferre institui, consultis praeterea Maximi Planudis ex eodem opere excerptis, quae in codice Palatino biblioth. Vatic. n. CXXXXI. habentur: ambo codices saeculo XV. scripti sunt, et quidem emendatissime. Monstrant compilationes Planudeae, quae cum prooemio operis finiuntur, Lydi opus multo plenius in codice Planudeo exstitisse, quam hodie in Barberiniano, cuius quoque titulus: *Ἐκ τῶν τοῦ Ἰωάννου τοῦ Φιλαδελφέως*, nihil aliud, quam excerpta, promittit; ad principium compilationum Planudearum in margine notatum est: *Ἰωάννου Λύδου.* Quae vero in subiecto specimine ex Planudeis excerptis textui cod. Barberin., quem hic exhibeo, inseruntur, uncis [ ] inclusa sunt."

Eamdem rationem secutus est Editor in ipso opere, nisi quod nunc vitiosas lectiones codicis


Barberiniani emendavit, nunc e Vaticano libro nonnulla inseruit, ceterum et varias lectiones et argumenta capitum diligentius notavit. Nos vero curavimus, ut quam emendatissime opus ad apographum editoris cl. describeretur, adderetur que copiosus rerum Index. In quo nos adjuvit et editorem V. C. *Chr. Dan. Beckii*, communis amici, opera. Quantum vero utilitatis ex hoc opere capi, aliorum iudicia nos docuerint, sive res ipsae quae traduntur, sive fragmenta veterum auctorum, laudata subinde, spectentur; id ut a nobis declaretur, nemo postulabit.

Scrips. Lipsiae nundinis paschalibus an. CIƆIƆCCXCIV.

Ad Vettii Valentis Antioch. Fragm.

Σημεῖα τῶν ιβ' ζωδίων.

Du-Cangius. — *Codex Creuzeri.*



Κριός.

Ταῦρος.

Δίδυμοι.

Καρκίνος.

Λέων.

Παρθένος.

Ζυγός.


Σκορπίος.

Τοξότης.

Αἰγόκερως.

Ὑδροχόος.

Ἰχθύες.



ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ

ἸΩΑΝΝΟΥ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΥ ΛΥΔΟΥ

ΠΕΡΙ ΜΗΝΩΝ

EX

JOANNIS LAURENTII LYDI

DE MENSIBUS

LIBRIS EXCERPTA.

Edit. Schow. pag. 1.

I. ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ἸΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΣ.

Part I. Cap. I.

1. — — Ὀρθῶς ἄρα οἱ μυθικοὶ τὸν Κρόνον τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἀφανίζοντα ποιοῦσιν, αἰνιττόμενοι δήπου, τὸν χρόνον πατέρα τε ἅμα καὶ ὄλεθρον τῶν ὑπ' αὐτοῦ φυομένων γίνεσθαι.

I. *ἘΚ ΤΩΝ ΤΟΥ ἸΩΑΝΝ.*] Cod. Vat. *Ἰωάννου Λυδοῦ*. Sch.

1. *οἱ μυθικοί*] Legendum: *οἱ μυθικοὶ τ.* Sch. Sic infra II. 1. et IV. 27. Eodem modo infra IV. 21. fin. *ἐπιμιμνησκόμενα* pro — *νοι*, confuso $\overline{\alpha}$ et $\overline{\text{οι}}$. Quanquam Hasius in Comment. ad Nostr. libr. De magistr. p. LII. ex Indiculo *Συμμίκτων* Leonis Allatii haec ita affert: *Ὀ. ἄ. οἱ τὰ μυθικὰ τ. Κρ.*, unde suspiceris legendum *οἱ περὶ τὰ μ.* Rr. Leg. *οἱ τὰ μυθικὰ συγγράψαντες*. (Ceterum satis ridicule in Photii Bibliotheca cod. CLXXXIX. p. 470. *Ἀκεστορίδου τῶν κατὰ πόλιν ΜΥΘΙΚΩΝ λόγοι* $\overline{\delta}$ (Acestoridae libri IV. de fabulis, quae singulis in civitatibus circumferuntur) vertitur (num a Schotto, an ejus sociis, haud constat) sic: *Acestoridae mythologiae politicae libri quatuor).* Quanquam apud Theodosiani Justinianeique temporis scriptores ista circumscriptio per *μυθικά* non ita frequens est; facilius reperias: *κατὰ τούς* . . . *ΜΥΘΟΛΟΓΟΥΣ* (Vid. Joann. Chrysostom. Exposit. in psalm. XLVIII. 664. lin. 4. (citantur autem hi loci secundum eas editiones, quarum in Notis ad Leonem p. 273—280. proposui indicem) *ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι καὶ μυθολόγοι*. Apud eund. orat. XCII. In eos, qui obdormierunt, VI. 863. lin. 9. *φλυαρός, ἢ μυθολόγος, ἢ γελωτοποιός*. Id. orat. CVI. De poenitentia et eleemosyna, 923. lin. 14. *τοὺς μυθολόγους ἐπιτιμᾷν*. Id. orat. I. De pseudoprophetis, VII. 221. lin. 28., in his tamen ut plurimum sensu infesto, quemadmodum item Chrysostomus in oratione: Quales oporteat ducere uxores

I. VARII ARGUMENTI EXCERPTA.

1. —— Recte igitur Mythici Saturnum suos liberos devorare faciunt, significantes videlicet, tempus gignere simul et interimere quae ab eo gignuntur.

VIII. 87. lin. 20. γραΐδια μυθεύοντα dicit) vel ΜΥΘΟΠΛΑΣΤΑΣ, ut apud S. Gregor. Nyssen. Orat. XII. Contra Eunomium II. 435. D. ποιητῶν μόνον καὶ μυθοπλαστῶν (S. Epiphanius Adversus haereses lib. III. tom. I. 883. D. habet, quanquam sententia aliquanto diversa, ἡ ὑμῶν ἐπιτετηδευμένη καὶ πετορνευμένη μυθοπλαστία). Philo Alexandrinus De confusione linguar. 251. C. πρὸς μυθοπλαστῶν ἀναγράφεται. Id. Quod mundus sit incorruptibilis 730. G. ἕνεκα τῶν μυθοπλαστῶν, οἳ ψευσμάτων ἀναπλήσαντες τὸν βίον [verba Platonica], ἀλήθειαν ὑπερόριον πεφυγαδεύκασιν — et ibid. 732. D. ἐπὶ δ' ἅπαξ ἤρξαντο ἀλογεῖν ἀληθείας οἱ μυθοπλάσται. Etiam Verbo μυθοπλαστεῖν uti Philo solet, ut De profugis 356. E. οὐ μυθοπλαστῶν, ἀλλὰ πράγματος ἰδιότητα μηνύων. Cf. et De monarchia 635. F. lin. extr. De gigantibus 227. C. aliisque locis. Has.

τὸν Κρόνον — γίνεσθαι] Cic. De nat. deor. II. 25. *Κρόνος enim dicitur; qui est idem* [*quod*] *χρόνος, id est, spatium temporis — ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit aetas temporum spatia, annisque praeteritis insaturabiliter expletur.* Cf. Nost. De ostent. p. 276. Macrob. Saturn. I. 8. p. 235. ed. Bip. et Appulej. De mundo 752. p. 370. ed. Leid. Plutarch. De Iside p. 363. D. 368. F. et Wyttenbachii Animadvv. pag. 215. et p. 231. Plutarch. Quaest. Romm. XII. p. 266. F. Ovid. Fast. IV. 197. sqq. Etymol. magn. in Κρόνος p. 540. Creuzeri Meletem. I. p. 44. not. 8. Aliam hujus fa-

2. *Θρίαμβον ὠνόμαζον οἱ Διονύσου θεράποντες τὴν πομπήν, ἀπὸ τῶν θύρσων καὶ τῶν ἰάμβων, οἱονεὶ τῶν σκωμμάτων, ὡςανεὶ θυρσίαμβον· ἢ ἀπὸ τοῦ θροεῖν, κατὰ Πλούταρχον.*

3. *Οἱ Λυδοί, φασιν, ἐφεῦρον τὸν οἶνον· καὶ οὐκ οἶνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ συκῆς φυτόν.*

4. *Μοῦστον τὸν οἶνον οἱ Ῥωμαῖοι ἔγνωσαν, ὅτι μυστήριον πρῶτοι Σαρδιανοὶ προςηγόρευσαν, ὡςανεὶ μύστην.*

p. 2. 5. *Σαβῖνος ἐκ τῆς περὶ τὸν οἶνον γεωργίας φερωνύμως ὠνομάσθη· τὸ γὰρ Σαβῖνος ὄνομα σπορέα καὶ φυτευτὴν οἴνου διασημαίνει.*

6. *Μεσσαπία, ἡ Καλαβρία, ἀπὸ Μεσσάπου.*

7. *Λουκανίαν, τὴν ἀλσωδεστάτην· τὸ γὰρ ἄλσος κατὰ στέρησιν λοῦκον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀφεγγές, ὡς ἄξυλον τὴν ὕλην.*

c. II. 8. [*Ὅτι Ἔρυλον, τὸν περὶ Ἰταλίαν, ὃν κατασχὼν Εὔανδρος, ὁ τῆς μαντικῆς Καρμέντης υἱός, ἔσχε τὴν χώραν, τρίψυχον γενέσθαι ὁ μῦθος αἰνίττεται φιλοσοφώτατα. τριπλᾶς γὰρ ἔχειν τὴν ψυχὴν δυνάμεις*

bulae explicationem vid. infr. IV. 48. med. Rr.

2. *Θρίαμβον — θροεῖν*] Non admodum abhorrens a Nostro Hesychius in *Θρίαμβος*: *Θρ. πομπή, ἐπίδειξις νίκης, Διονυσιακὸς ὕμνος ἴαμβος.* Paulo aliter, ac Plutarchus a Laurenio excerptus, Etym. m. in *θρί-*...*μβ* p. 455. *ἢ ἀπὸ τοῦ θορεῖν.* ...*κὸς γάρ* (*Διόνυσος*). Ceterum vid. Scaligeri Conject. in Varron. p. 89. et cf. Wesseling. ad Diodor. Sicul. IV. 5. p. 250. Conf. Suid. s. v. p 206. Kust. et Creuzer. Dionys. p. 264. qui nostrum locum tractat. — Pro *ὠνόμαζον* Cod. Paris. male *ἐνόμιζον*. Rr.

3. *Οἱ Λυδοί — οἶνον*] Inde Euripides Bacch. 460—490. Bacchi mysteria ex Lydia profecta docet. Cf. Creuz. Symbol. vol. III. p. 119. Rr.

4. *Μοῦστον — ἔγνωσαν*] Manuel. Moschopul. in Lex. Philostr. ap. Cangium: *γλεῦκος, ὁ νέος οἶνος, ὁ κοινῶς λεγόμενος μοῦστος.* — *Γιγνώσκω* verbum h. l. ita accipiendum, ut Latinum *nosco* apud Appulej. De mundo 721. p. 313. ed. Leid. *Zephyrus vero, quem Romana lingua Favonium novit.* Rr.

2. Triumphum Bacchi ministri appellabant pompam, a thyrsis et iambis, id est, dictis, tanquam thyrsiambum: aut a verbo θροεῖν, (id est, clamare, tumultuari) auctore Plutarcho.

3. Lydos vinum invenisse dicunt, nec vinum solum, verum etiam ficum.

4. Mustum vinum Romani noverant, quoniam mysterium primi Sardiani nuncupabant, quasi mystam, id est, sacris imbutum).

5. Sabini nomen a vitis cultura, nomine rei consentaneo, ductum est; significat enim hoc nomen satorem vitis.

6. Messapia, Calabria, a Messapo.

7. Lucaniam, admodum silvestrem; silvam enim κατὰ στέρησιν (i. e. secundum privationem) lucum Romani vocant, quod luce caret, quemadmodum Graece ἄξυλος dicitur silva.

8. Erylum Italum, quo superato Evander, Carmentae fatiloquae filius, tenebat regionem, trium animorum fuisse, perquam philosophice fabula significat: triplicem enim in animo inesse vim Socrates

5. Σαβῖνος] A *serendi* et *vini* vocabulis, vel ab οἶνος derivat nomen. Aliter Festus, qui secutus Varronem ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι (θεούς) derivat. Cf. Creuzer. Symb. vol. II. p. 964. Rr.

6. Μεσσαπία] Plin. Hist. nat. III. 11. *Calabriam — Graeci Messapiam a duce appellavere.* Cf. Paul. ap. Fest. in voce *Messapia.* Rr.

7. λοῦκον] Conf. Varro De ling. Lat. V. p. 60. Scal., quem locum Scaliger in Conject. p. 90. sic emendat: *Lucaria item a luce, quod propter lucem amissam is cultus institutus.* Rr.

ὡς ἄξυλον τὴν ὕλ.] i. e. Graeci dicunt. Cf. Hom. Il. XI. 155. ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ. Rr.

8. Ὅτι Ἔρυλον κ. τ. λ.] Virg. Aen. VIII. 560. ubi Evander ita: *Et regem hac Herilum dextra sub Tartara misi, Nascenti cui tris animas Feronia mater (Horrendum dictu) dederat* rell., ad quem locum Servius: *Per transitum ostendit illam Platonis et Aristotelis contentionem, qui dubitant, utrum quatuor an tres animae sint in homine, φυσική, αἰσθητική, νοητική, remota κινητικῇ.* Pro *Herilus* Servii libri mspti

τοῦ φ καὶ τοῦ χ ἀντὶ δασέων, τοῦ η καὶ τοῦ ω ἀντὶ μακρῶν ὕστερον προςεξευρημένων. πέντε γὰρ ἦν τὰ πάλαι φωνήεντα, τοῦ μὲν ε στοιχείου τὴν τοῦ η παρεχομένου χρείαν, τοῦ δὲ ο τὴν τοῦ ω, ὅπερ ἔτι καὶ νῦν παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶ καὶ μόνῳ τῷ χρόνῳ τὴν δύναμιν ἀμείβει· ὕστερον δὲ Μάρκος Φλάβιος, γραμματιστὴς Ἰταλός, τοῖς Ἕλλησιν ἀκολουθήσας, τὰ λοιπὰ στοιχεῖα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέγραψεν. φιλεῖ γὰρ ὁ χρόνος ἐναμείβειν τὰ πράγματα.

10. *Φοίνικες πρῶτοι τοκογλύφοι καὶ ὀβολοστάται*
p. 4. *τυγχάνοντες, γράμματα καὶ σταθμοὺς καὶ ἁπλῶς τὸ κερδαίνειν ἐπενόησαν, ὅθεν καὶ καπήλους αὐτοὺς οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν. ἀλλ᾽ ἐπανίωμεν ὅθεν ἐξεκλίνομεν.*

11. *Τρισώματον τὸν Γηρυόνην φασίν, οὐχ ὅτι τοσούτοις ἐχρήσατο σώμασιν, ἀλλ᾽ ὅτι τρεῖς νῆσοι ἐν τῷ ὠκεανῷ κείμεναι συνεμάχουν αὐτῷ.*

c. IV. 12. *[Ὅτι εὔριπος ὠνομάσθη ἡ μέσον τοῦ ἱπποδρόμου κρηπίς, ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως Εὐρίπου καὶ τῆς ἑπτάκις αὐτοῦ διαυλοδρομίας· οὕτω γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνου*

Sch. Cod. Paris. cum Barberin. consentit. Ex qua lectione facile emendari potest locus corruptus, separatis tantummodo literis immutatoque spiritu: *οὐ τοσαῦτα.* Has. Hanc Hasii emendationem Schowianae *οὗτοι αὐτὰ μὲν*, ut „postulante sensu levi mutatione sese correxisse" dicit, praeferre adeoque in textum recipere nullus dubitavi. Boissonadius quoque ad Ovidianar. Metamorph. Planudeam interpret. p. 628. conjicit *οὐ τοσαῦτα.* Rr.

ὕστερον προςεξευρημένων] Sic cum Paris. legendum putavi pro Schowii *ὕ. προςευρημένων.* Vid. Plin. Hist. nat. VII. 56. Rr.

πέντε γὰρ ἦν τ. π. φωνήεντα] Etymol. Gud. in *Μείς* p. 384. — *καὶ ἐπειδὴ οἱ ἀρχαῖοι ἠγνόουν τὰ μακρὰ στοιχεῖα, ἐτίθεσαν ἀντὶ τοῦ η τὸ ε καὶ ἀντὶ τοῦ ω τὸ ο.* Rr.

τ. δύν. ἀμείβει] Paris. *τ. δ. ἀμείβειν* [sic]. Rr.

Μάρκος Φλάβιος] Macrob. Sat. I. 14. p. 268. Bip. memorat *M. Flavium scribam* quendam, quo Caesar in ordinando anno usus sit. Rr.

10. *Φοίνικες — τὸ κερδαίνειν ἐπενόησαν*] Hinc in sacris Hebraeorum libris nomine כְּנַעֲנִים, quod proprie significat *Phoenices*, in universum

longae postea insuper invenirentur. Quinque enim erant antiquitus vocales, litera $\bar{\epsilon}$ literae $\bar{\eta}$ usum praebente, $\bar{o}$ autem literae $\bar{\omega}$, quod hodieque apud Romanos tenet, et solo tempore (id est, mora) vim suam mutat. Post vero M. Flavius, Grammaticus Italus, secutus Graecos, Romanis literis reliquas addidit. Solet enim tempus res immutare.

10. Phoenices cum primi argentarii sordidique foeneratores essent, literas librasque et omnino artem lucri faciundi excogitarunt, unde etiam *καπήλους* (id est, institores) eos poetae nominant. Sed redeamus unde digressi sumus.

11. Tria habuisse corpora Geryonem dicunt, non, quod tot usus fuit corporibus, sed quod tres insulae in Oceano sitae, belli ei sociae fuerunt.

12. Euripus dicebatur crepido, quae in medio Circo erat, a maritimo fortasse Euripo, qui septies reciprocatur: ita enim in illo dicunt accidere. Et

mercatores designantur. Vid. Job. XL. 25. Prov. XXXI. 24. Rn.

ἀλλ' ἐπανίωμεν ὅθεν ἐξεκλίνομεν] Haec ex Paris. recepi. Rn.

11. *Τρισώματον τὸν Γηρυόνην*] Virg. Aen. VIII. 202. *Tergemini nece Geryonae* rel. Cf. interprr. ad locum Virgil. et Gierigii not. ad Ovid. Fast. I. 543. Cf. praeterea Appulej. Metam. III. 55. p. 208. ed. Leid. et inprimis Beroaldi not. in Appendic. p. 99. — Palaephat. 25. τρικέφαλον dicit Geryonem, nominatum ita ab urbe *Τρικαρηνίᾳ*. Melius Apollod. II. 5. 10. Rn.

τρεῖς νῆσοι] Dici a Lydo duas Baleares et Ebusum, neminem fugit. Rn.

12. Hoc excerptum Cod. Paris. multo brevius habet, sic: *Εὔριπος καλεῖται ἐκ τοῦ θαλαττίου ἴσως εὐρίπου καὶ τῆς ἐπαλλήλως αὐτοῦ διαυλοδρομίας· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωσφόρων τρεμόντων σκιὰν ἀποτελούντων, ἥλιος μόνος ἔξω ταύτης ἐστίν.* Rn.

Ὅπως ὁ Εὔριπος — διαυλοδρομίας] Vocem ἴσως ante *Εὐρίπου* recepi ex Cod. Paris. Ceterum conjungenda haec cum iis, quae infra III. 25. 26. IV. 25. Joannes habet de ludis Circensibus. Sed errat dicens crepidinem in medio Circo Euripum dictum fuisse: est potius

φασὶ συμβαίνειν. καὶ πυραμὶς δέ ἐστιν ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ, ἡ δὲ πυραμὶς Ἡλίου, ἐπεὶ ἄσκιος ὁ τοιοῦτος βωμός· πάντων γὰρ τῶν οὐρανίων φωςφόρων σωμάτων σκιὰν ἀποτελούντων αὐτὸς μόνος ἔξω ταύτης ἐστί, καὶ ἄνωθεν μὲν τῆς πυραμίδος ἐπὶ τοῦ εὐρίπου βωμοὶ τρεῖς, Κρόνου, Διός, Ἄρεος, κάτωθεν δέ, Ἀφροδίτης, Ἑρμοῦ καὶ Σελήνης. οὐ πλέον δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων, ἤτοι σταδίων, περὶ τὴν πυραμίδα (ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι) διεπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταί, διὰ τὸ τοσούτους εἶναι τοὺς τῶν πλανήτων πόλους (οὓς Χαλδαῖοι στερεώματα καλοῦσιν, ἄνευ τοῦ σεληνιακοῦ, διὰ τὸ μέχρις αὐτοῦ διήκειν τὸ τοῦ παντὸς ὑλικοῦ σκύβαλον. τέσσαρσι δὲ καὶ εἴκοσι βραβείοις τὸν πάντα συνετέλουν ἀγῶνα διὰ τὸν ἐν πυραμίδι λόγον· δυοκαίδεκα γὰρ γωνίας ἡ πυραμὶς ἐπιδέχεται, τουτέστι, στερεὰς τέσσαρας, ὧν ἑκάστη ἐκ τριῶν· δὶς δὲ τὸν δώδεκα ἀριθμὸν εἰς δύο τέμνοντες τὸν τῆς ἡμέρας

Euripus canalis ille, quem Caesar Circo addidit. Sueton. Caes. 39. Cf. Plin. Hist. nat. VIII. 7. Quem *θαλάττιον* dicit *Εὔριπον*, is Chalcidicus ille est, de quo cf. Nostr. infr. II. 14. sub fin. Rr.

καὶ πυραμίς] Potius scribendum erat *καὶ ὀβελός*. Vid. paulo inferius. Ad ea quae sequuntur, *ἡ δὲ πυραμὶς Ἡλίου κ. τ. λ.* *Laurentius Nokk*, vir juvenis doctissimus mihique in primis amicus, qui animadversiones suas in multos Laur. Lydi locos, mathematici maximam partem argumenti, humanissime mecum communicavit, locum Platonicum, Tim. III. 2. p. 71. Bekk. laudat, qui sic habet: *ἔστω δὲ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον καὶ κατὰ τὸν εἰκότα τὸ μὲν τῆς πυραμίδος στερεὸν γεγονὸς εἶδος πυρὸς στοιχεῖον καὶ σπέρμα.* Rr.

αὐτὸς μόνος ἔξω ταύτης ἐστί] De natura Solis vid. Plut. De plac. philos. II. 20. p. 581. De reliquis sideribus ibid. 13. p. 575. Rr.

βωμοὶ τρεῖς] Varron. Fragm. p. 51. ed. Scaliger. ex Augustino: *Tres arae sunt in Circo ad columnas, in quibus stant signa.* Rr.

Χαλδαῖοι] Assyriorum magi. Cf. Buroald. Comment. in Appulej. Metam. II. p. 75. a. ed. Leid. — Nisi fortasse sub Chaldaeis intelligit Hebraeos, quorum vocem רָקִיעַ interprr. LXX convertunt per *στερέωμα*, Vulgata per *firmamentum*: e gr.

pyramis est in medio stadio; pyramis autem Solis est, quoniam umbra caret ejusmodi ara: omnibus enim sideribus luciferis umbram efficientibus, ille solus ejus expers est. Et supra pyramidem in Euripo arae sunt tres, Saturni, Jovis, Martis; infra, Veneris, Mercurii et Lunae. Neque vero plus quam septem curriculis, id est, stadiis, circa pyramidem, quem nunc obeliscum vocant, certabant cursores, propterea quod totidem sunt planetarum poli, quae Chaldaei *στερεώματα* (id est, firmamenta) dicunt, excepto lunari, quoniam usque ad illum pervenit omnis materiae excrementum. Quatuor autem et viginti missibus totum conficiebant certamen, secundum eam, quae in pyramide est, rationem: duodecim enim pyramis continet angulos, hoc est, solidos quatuor, quorum quisque tres habet angulos planos: bis autem duodenarium numerum in duas

Genes. I. 14. 15. 17. Vid. Bielii Thes. III. p. 319. in *στερέωμα* ibique Is. Vossium. — Chaldaeorum de planetis placitum quoddam attigit Plutarch. de Isid. p. 370. C. ad quem vid. Wyttenb. Animadvv. p. 236. Rr.

μέχρις αὐτοῦ — σκύβαλον] Schowius *μέχρι*, sed scribendum *μέχρις*. Has. Ad rem quod adtinet, notandum est, omnium planetarum Lunam infimum locum obtinere et proxime ad Terram accedere. Conf. Nostr. infr. III. 8. sub fin. *ἡ Σελήνη γὰρ κ. τ. λ.* Rr.

τέσσαρσι δὲ — ἀγῶνα] Vetustiori tempore non quatuor, sed quinque et viginti ut plurimum missus uno die instituebantur. Serv. ad Virg. Georg. III. 18. ex Varrone: *Olim XXV missus fiebant: sed vigesimus quintus dicebatur aerarius, eo quod de collatione populi exhibebatur: qui desiit esse, postquam conferendae pecuniae est consuetudo sublata.* Rr.

δυοκαίδεκα γὰρ γωνίας κ. τ. λ.] Ad hunc locum Nokkius adnotat haec: „Simplicissimam intelligit pyramidem, Tetraëdrum vulgo dictam. Infra IV. 52. *ἡ γὰρ πυραμὶς ὑπὸ τεσσάρων βάσεων καὶ τεσσάρων γωνιῶν μόνη περιεχομένη, καὶ πρώτη τριχῆ διαστάτη* (sic enim legendum). Tribus autem angulis planis solidum unum effici, neminem latet. Plato Tim. p. 69. Bekk. *τρίγωνα δὲ ἰσόπλευρα ξυνιστάμενα τέτταρα κατὰ σύντρεις ἐπιπέδους γωνίας μίαν, στερεὰν γωνίαν ποιεῖ τῆς ἀμβλυτάτης τῶν ἐπιπέδων*

p. 8. καιρὸν ἔτι καὶ νῦν τελοῦσι. καὶ ἄλλως δέ πως ἡ πυραμὶς ἁρμοδία ἐστὶ τοῖς ἀγωνιζομένοις. Νεμέσεως γὰρ εἶναι νομίζεται.]

13. Πλεύσας ἐκεῖθεν Αἰνείας μετὰ πολλὰς ὅσας πλάνας κατάγεται ἐν πόλει τῆς Ἰταλίας λεγομένῃ Λαυρεντίᾳ, ἣν καὶ Ὀπικήν φασιν ὀνομασθῆναί ποτε, ἐξ ἧς καὶ ὀπικίζειν, καὶ (ὡς τὸ πλῆθος) ὀψικίζειν τὸ βαρβαρίζειν Ἰταλοὶ λέγουσιν. εἶτα, ἐπιγαμβρεύσας Λατίνῳ βασιλεύοντι τῆς χώρας, αὐτός τε βασιλεύσας τρισὶν ἐνιαυτοῖς, οἴχεται. — — Τοσούτων οὖν ἐπιξενωθέντων τῆς Ἰταλίας, ὥσπερ ἐδείχθη, Λατίνους μὲν τοὺς ἐπιχωριάζοντας, Γραικοὺς δὲ τοὺς ἑλληνίζοντας ἐκάλουν, ἀπὸ Λατίνου (τοῦ ἄρτι ἡμῖν ῥηθέντος) καὶ Γραικοῦ, τῶν ἀδελφῶν, ὡς φησιν Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις·

— — — Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον.
Κούρη δ' ἐν μεγάροισιν ἀγαυοῦ Δευκαλίωνος
Πανδώρη Διὶ πατρί, θεῶν σημάντορι πάντων
Μιχθεῖσ' ἐν φιλότητι, τέκε Γραικὸν μενεχάρμην.

c. v. 14. Ῥωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ῥώμην τῇ πρὸ δεκα-

γωνιῶν ἐφεξῆς γεγονυῖαν· τοιούτων δὲ ἀποτελεσθεισῶν τεττάρων πρῶτον εἶδος, στερεόν — ξυνίσταται." Rr.

ἔτι καὶ νῦν τελοῦσι] Nokkius: „Malim ἔ. κ. νῦν συντελοῦσι." Rr.

ἄλλως δέ πως] Sic legendum pro vitioso quod Schowius habuerat ἄ. δέ περ. Vitium ortum ex similitudine vocum πῶς et περ compendiose scriptarum. Has.

13. Πλεύσας ἐκεῖθεν] Troja intellige. Rr.

μετὰ πολλὰς ὅσας πλ. κατάγ.] ὅσας Schow. non habet ex Paris. recepi. Sed male Cod. pro κατάγεται habet κατάγε [sic]. Rr.

Λαυρεντίᾳ] Scribendum erat Lydo Λαυρέντῳ, dicit enim Laurentum oppidum. Liv. I. 1. Rr.

ὀπικίζειν] *Opice loqui, opizare, opicare*. Vid. Lexica v. *Opicus*, et in primis Cangii Glossar. Latin. in *Opizare*. Rr.

Τοσούτων οὖν] Ante Τοσούτων οὖν multa desunt; agebatur procul dubio in antecedentibus de gentibus extraneis Italiam inhabitantibus. Sch.

partes dividentes diei tempus hodieque definimus. Et alia qua ratione pyramis in eos convenit, qui in curriculo certant: Nemesis enim esse putatur.

12. Aeneas quum illinc navigasset, post errores quam plurimos adpellitur apud urbem Italiae, quae Laurentum dicebatur, quam etiam Opicam olim nominatam fuisse ferunt, unde et ὀπικίζειν (id est, opice loqui, opizare) et (ut vulgo pronunciatur) ὀφφικίζειν dicunt Itali pro, barbare loqui. Deinde cum Latini, regionis illius regis, filiam duxisset uxorem, atque ipse quoque tres annos regnasset, decessit. — — Tam multi igitur postquam peregre venerunt in Italiam, ut docuimus, Latinos indigenas, Graecos vero Hellenum lingua loquentes appellabant, a Latino, quem paulo ante commemoravimus, et Graeco, fratribus, ut dicit Hesiodus in Catalogis:

— — — Agrium atque Latinum. Puella autem in aedibus generosi Deucalionis, Pandora, Jovi Patri, deorum omnium imperatori, mista concubitu, Graecum peperit belli labores sustinentem.

14. Romulus autem condit Romam XI Kal. Maj.,

ἐπιξενωθέντων — ἐδείχθη] Cod. Paris. perperam ἐπιξυνωθέντων — ἐδείχθη αὐτοῖς. Rr.

Γραικοῦ] De scriptura vid. Steph. Byz. p. 279. ibique Berkel. Cr.

Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον κ. τ. λ.] Conf. Clericum et Heynium Wolfiumque ad Hesiod. Theogon. vers. 1013. qui versus incipit: Ἄγριον ἠδὲ Λατῖνον. Cr. Quod ego de hoc fragmento Hesiodeo addam, non habeo, cum Creuzerus in libro, qui inscribitur: Briefe über Homer und Hesiodus, p. 179. p. 220. et potissimum p. 222. not. de eo jam egerit. Rr. — In Barb. ἄγριον εἶδε Λ. errore manifesto. Sch. Cod. Paris. non εἶδε Λ. sed ἠδὲ Λ., quod fortasse Bigot. ipse in transscribendo Codice correxit. Has. Pro μενεχάρμην Paris. male μανεχάρμην. Rr.

14. Ῥωμύλος δὲ κτίζει κ. τ. λ.] Ovidio quoque auctore (Fast. IV. 806. 721. sq.) dies natalis urbis Romae in Palilium festum, i. e. XI Kal. Maj. incidit. Vid. Schneider. Indic. ad

μᾶς Καλενδῶν Μαΐου, κατὰ τὸ τρίτον τῆς ἕκτης, ἢ (ὡς ἕτεροι) κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ὀγδόης· ἡ δὲ ὥρα
p. 6 τῆς πόλεως ὥρα δευτέρα, πρὸ τρίτης, ὡς Ταῤῥούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξεν, Ἡλίου μὲν Ταύρῳ, Σελήνης δὲ Παρθένῳ, Κρόνου δὲ Ζυγῷ, Διὸς δὲ Λέοντι, Ἄρεος Ζυγῷ, Ἀφροδίτης Ταύρῳ, Ἑρμοῦ Κριῷ.

Scriptores rei rust. in *Parilia.* — τῆς ἕκτης, intellige Ὀλυμπιάδος. Sic Joannes noster De ostent. p. 72. A. ἕως ἕκτης, ubi tamen ὥρας intelligendum. Vid. Has. Animadv. p. 301. C. Plura de hac re vid. apud Petavium De doctrin. tempp. IX. 54. p. 64. edit. Veron. ibique laudatum Plutarch. qui in Romul. cap. XI. habet haec: Ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι — — ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν — — Κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ᾽ αὐτοῦ τῇ ἐννάτῃ Φαρμουθὶ μηνὸς ἱσταμένου μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης. Verba ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης Nokkius ita interpretatur: ,,hora secunda exeunte, paulo ante tertiam.“ Reliquas de anno Romae conditae sententias vide in Creuzeri libro: Abriss der Röm. Antiquitt. §. 15. p. 14. — Καλενδῶν scripsi pro Καλανδῶν, (ut et hoc et omnibus aliis locis, ubi de *Kalendis* agitur, habent Codices et habuerat Schowii editio) suadente et ratione, et vero etiam aliorum scriptorum more, v. c. Theodor. Gaz. De mensibus cap. XV., ubi perpetuo legimus Καλένδαι. Conf. Joannis nostri librum De ostentis, ubi Hasius quoque perpetuo scripsit Καλένδαι. Rr.

ἡ δὲ ὥρα τῆς πόλεως κ. τ. λ.] Aliter Vatic. Ὅτι ἡ ὥρα τῆς Ῥώμης, ὅτε Ῥωμύλος ταύτην κτίζειν ἤρξατο, ἐστὶ ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταῤῥούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξε, Διὸς μὲν ἰχθύσι, Κρόνου δὲ καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ σκορπίῳ, ἡλίου δὲ ταύρῳ καὶ σελήνης ζυγῷ. Sch.

Ταῤῥούτιος ὁ μαθ.] Sic scribendum nomen, consentiente et Cod. Vaticano, neque, ut Schowius habuerat, Ταῤῥούστιος, neque etiam, ut Parisin. exhibet, Ταῤῥούσιος. Vid. de hoc Tarrutio Cic. De divinat. II. 47. 98., qui habet de eo haec: *L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, inprimis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus; Romamque, in jugo cum esset luna, natam esse dicebat, nec ejus fata canere dubitabat.* — Sed scribendumne sit Tarrutius an Tarutius, alii viderint, cum in nulla, quod sciam, inscriptione Romana hoc nomen omnibus literis scriptum exstet. Qui Tarrutius scribendum putaverint, iis patrocinatur

anno tertio Olympiadis sextae, vel (ut alii dicunt) secundo octavae: hora autem natae urbis secunda est, (paulo) ante tertiam, ut Tarutius Mathematicus censuit, cum Sol in Tauro esset, Luna in Virgine, Saturnus in Jugo, Jupiter in Leone, Mars in Jugo, Venus in Tauro, Mercurius in Ariete. Initium an-

derivatum illud TARRVTENIO MAXIMILIANO apud Gruterum pag. CCCCLXXI. 8. (Corp. inscriptt. ed. Amstelaedami [tomi I. pars II.] 1707. Fol. ubi TARRVT cum iis quae praecedunt legendum videtur DICAVIT TARRV-Tenio, et, ut modo video, linea sexta ejusdem Inscriptionis PICENIANO AETATIS NONO-DECIMO haud dubie sic: PICENI. ANNO AET. cet. In eam enim inscriptio incidit aetatem, qua lineola literae N superinscripta facile ferri possit. Ceterum ulterius rem perscrutans video jam Laurentium Pignorium (Le origine di Padova. In Padova appresso Pietro Paolo Tozzi 1625. 4. p. 153.) eodem modo emendasse inscriptionem, nisi quod ibi tres priores lineae, itaque etiam TARRVT desunt; item a Felice Ciattio (Felice Ciatti Delle memorie annali et istoriche delle cose di Perugia, volume I. in Perugia 1638. 4. p. 416., deficiente item initio; porro cum eadem emendatione eodemque defectu initii in Sebast. Andreantonelli historiae asculanae libr. IV. Patavii 1673. 4. p. 30. ubi adeo TERRVTE-NIus dicitur is, de quo agitur, sed sine dubio vitiose. Etiam sine initio et uno tenore PI-CENIANO apud Oct. Boldonium (Epigraphica, sive elogia inscriptionesque quodvis genus pangendi ratio, Augustae Perusiae 1660. Fol.) pag. 587., ex prioribus Gruteri editionibus exscriptum — cum eodem vitio, deficientibus tribus primis lineis, in historia christiana Imperatorum, Consulum et Praeff. Praetorio cett. authore P. Aegidio Lacarry, Claromonti 1675. 4. p. 179., sine explicatione, quam tamen Lacarryus, utpote vir doctus et ingeniosus, facile dare poterat — cum initio, sed tamen item cum *Piceniano*, apud Fleetwoodium (Inscriptionum antiquarum Sylloge, Londini 1691. 8. pag. 161. No. 2.) — denique apud Corsinium (De Praefectis urbis, sive Series Praeff. urbi . . . exposita et constituta. Pisis 1766. 4. p. 279., quanquam Corsinii conjectura, quasi noster Tarrutenius Maximilianus idem esset, qui in inscriptione quadam de anno 384. Julius Agrius Tarrutenins Marcianus nominatur, vix videtur posse probari; ceterum etiam apud hunc deficit initium, sed recte scriptum est PICENI. ANNO, et in docta explicatione Tarrutenium quendam Paternum, Praef. Praet. a. Chr. 185. memorari

Ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ δίδωσι Ῥωμύλος τὸν Μάρτιον μῆνα πρὸς τιμὴν Ἄρεος· ἐξ αὐτοῦ γὰρ αὐτὸν γενέσθαι λόγος — δέκα μόνοις μησίν.

15. Ἡ δεκὰς πλήρης ἀριθμός ἐστιν, ὅθεν καὶ παντέλεια καλεῖται, πάσας τὰς ἰδέας τῶν ἄλλων ἀριθμῶν καὶ λόγων καὶ ἀναλογιῶν καὶ συμφωνιῶν περιέχουσα· γνώμων γὰρ ἐν τοῖς οὖσιν ἐστὶν ἡ δεκὰς πάντα χαρακτηρίζουσα, καὶ ἰδίως τὸ ἐν ἑκάστῳ ἄπειρον ὁρίζουσα, καὶ πάντων οὖσα συναγωγός τε καὶ συνακτικὴ καὶ ἀποτελεστικὴ τῶν ὅσα ἥ τε νοητὴ περιέχει φύσις, ἥ τε ὑπὸ Σελήνην. οὕτως γὰρ ἡμῖν παραδίδωσιν ὁ Παρμενίδης, πρώτιστα μὲν τὰ νοητά, δεύτερα τὰ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, τρίτα τὰ συνεκτικά, τέταρτα τὰ τελεσιουργά, πέμπτα τὰ διαιρετικά, ἕκτα τὰ ζωογονικά, ἕβδομα τὰ δημιουργικά, ὄγδοα τὰ ἀφομοιωματικά, ἔννατα τὰ ἀπόλυτα, δέκατα τὰ ἔγκοσμα. ὀρθῶς οὖν αὐτὴν ὁ Φιλόλαος δεκάδα προσηγόρευσεν,
p. 7. ὡς δεκτικὴν τοῦ ἀπείρου, Ὀρφεὺς δὲ κλα-

video. Postremo haec inscriptio etiam apud Edmundum Figrelium (De statuis illustrium Romanorum liber singularis, Holmiae 1656. 8.) reperitur, sic: TARRVTENIO MAXIMILIANO. V. C. ELOQVENTISSIMOQVE. CONSVLARI. PICENIANO. ANICIVS. ACILIVS. GLABRIO. FAVSTVS cett. Has. — Noster Tarutius Firmanus a Plutarcho l. l. scribitur *Ταρούτιος*, ad quem locum vid. potissimum Leopoldi adnotat. Rr.

Ἀρχὴν δέ — μόνοις μησίν] *Ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ* ex Schowii conjectura dedi pro *Ἀρχὴ δὲ Μαρτίου* [sic] quod illius textus habet. Rr. Mutila haec, et ad sensum forte ita legenda: *Ἀρχὴν δὲ ἐνιαυτοῦ δίδωσι Ῥωμύλος τὸν Μάρτιον μῆνα πρὸς τιμὴν Ἄρεως, ἐξ αὐτοῦ γὰρ αὐτὸν γενέσθαι λόγος· ἐνιαυτὸς δὲ δέκα μόνοις μησὶ συνέστηκε.* Sch. Conf. Macrob. Sat. I. 12. p. 255. Bip. *qui* (Romulus) *primum anni mensem genitori suo Marti dicavit.*, et Nostr. infra III. 15. Rr. Vid. Plutarchi Quaest. Romm. cap. XIX., ubi consule Wyttenbachio laudatos p. 27. sq. Cr.

15. *Ἡ δεκὰς πλήρης κ. τ. λ.*] Etymol. m. v. *δεκάς* p. 253: *ἡ ἔχουσα ἐν αὐτῇ πάντα ἀριθμόν.* Theol. Arithm. 64. p. 63. Ast. *Καλεῖται δὲ κράτος καὶ παντέλεια, ἐπεὶ πάντα περαίνει ἀριθμόν.* Pari modo Macrob. In Somn. Scip. I. 6. p. 39. Bip.

ni Romulus Martium mensem esse voluit in honorem Martis: ex illo enim eum natum fama est — decem tantum mensibus.

37. *τοὺς Ἰχθύας ἀνίσχειν*] Ovidius Fast. III. 711. hoc die Scorpium oriri ait. Occidere alterum Piscium docet V Non. Mart. vers. 399. Vid. Ideler. Ueber — d. Fasti des Ovid. p. 161. Conf. Vossium ad Arat. 361. 547. 706. Rr.

38. Pertinent haec ad d. XVI Kal. April., quo die Bacchanalia celebrabantur. Vid. Ovid. Fast. III. 713. sq. Lydus quoque sub finem hujus fragmenti Bacchanalia memorat. De universo hoc capite vid. Creuzer. Meletem. I. p. 20., ubi not. 15. sic: „Ex ejusmodi locis Plutarcheis (De esu carnium p. 131. cett.) multa sumserunt Jo. Lydus De mensib. p. 81. sqq. et p. 126. sq. atque Eudocia in Viol. p. 118. sqq.“ Cf. eundem ad Cic. De nat. deor. II. 24. p. 300. sq. ejusque Symbol. vol. III. p. 135. p. 368. sqq. p. 379. p. 430. Rr.

τουτέστιν, Ἥλιος] Fragmm. Orphica IV. p. 455. ed. Herm. *Ἥλιος, ὃν Διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν*. Cf. Macrob. Saturn. I. 18. Cr.

Μυστήρια] Mysteria Bacchica dicit, de quibus vid. Creu-

ῥήσεως τοῦ μύσους, ἀντὶ τοῦ, ἁγιοσύνης. Διόνυσος, δι' ὃν ἡ νύσσα (ὁ καμπτήρ) καὶ ἡ περικύκλησις τοῦ
p. 82 χρόνου. Τέρπανδρός γε μὴν ὁ Λέσβιος Νύσσαν λέγει τετιθηνηκέναι τὸν Διόνυσον, τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης γενόμενον, εἶτα ὑπὸ τῶν Τιτάνων σπαραχθέντα. φέρεται δὲ καί τις μῦθος περὶ αὐτοῦ κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον, ὡς εἴη γεγονὼς ἐκ Διὸς καὶ Γῆς, τῆς δὲ Γῆς Θεμέλης προςαγορευομένης, διὰ τὸ εἰς αὐτὴν πάντα καταθεμελιοῦσθαι, ἣν κατὰ συναλλαγὴν ἑνὸς στοιχείου, τοῦ σ, Σεμέλην οἱ ποιηταὶ προςηγορεύκασι. κατὰ δὲ τοὺς ποιητὰς Διόνυσοι πέντε· πρῶτος Διὸς καὶ Λυσιθέας· δεύτερος ὁ Νείλου, ὁ καὶ βασιλεύσας Λιβύης καὶ Αἰθιοπίας καὶ Ἀραβίας· τρίτος Καβίρου παῖς, ὅςτις

zer. Symbol. vol. III. p. 319. sqq. Ceterum quam recte explicet Lydus vocem, ipse viderit. Rr.

Διόνυσος κ. τ. λ.] Mirum quantum variant veteres in explicando Bacchi nomine. Fragm. Orph. VII. 6. p. 464. Hermann. *Διώνυσος δ' ἐπεκλήθη, Οὕνεκα δινεῖται κατ' ἀπείρονα μακρὸν Ὄλυμπον.* Etymol. m. p. 251. *οἱ δὲ Δεύνυσον, ἐπειδὴ βασιλεὺς ἐγένετο Νύσσης· δεῦνον δὲ τὸν βασιλέα λέγουσιν οἱ Ἰνδοί.* Conf. Creuzer. Symb. vol. I. p. 155. vol. III. p. 122. sqq. Alia derivatio recurrit in capite nostro: *Διόνυσον δέ, ὡςανεὶ τὸν τοῦ Διὸς νοῦν.* Rr.

Τέρπανδρός γε — Νύσσαν] Nyssa s. Nysa Nympha quaedam est, Aristaei filia, quae Bacchum in Nysa monte nutrivit. Hygin. fab. 182. Diodor. Sic. III. 70. ibique Wesseling. Cf. Creuzer. Symb. vol. III. p. 99. 101. 191. 358. sq. et qui in Creuzeri margine laudatur Boettiger. in libro vernaculo, qui inscribitur Amalthea, vol. III. Praefat. p. VII. Rr.

τετιθηνηκέναι τὸν Διόν.] In codice menda manifesta: *λέγεται τεθῆναι τὸν Δ.* quam ita correxi. Sch. Cod. Paris. item *τεθῆναι.* Rr.

Σαβάζιον ὀνομαζόμενον] Diodor. Sic. IV. p. 212. *Φασὶ γὰρ (οἱ Ἕλληνες) ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης Διόνυσον γενέσθαι τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον.* Cf. Cic. De nat. deor. III. 23. pag. 618. ed. Mos. et Creuz., ubi in notis Diodori locus adhibetur. Rr.

εἶτα ὑπὸ τῶν Τιτ. σπαραχθ.] Fragmm. Orph. VIII. 46. p. 469. Herm. ex Proclo: *ἑπτὰ δὲ πάντα μέρη κούρου διεμοιρήσαντο — φησὶν ὁ θεολόγος περὶ τῶν Τιτάνων.* Rr.

κατὰ τὸν Ἀπολλόδωρον] Apollodor. Biblioth. III. 4. 3.

ἀπὸ τῆς στερήσεως τοῦ μύσους (i. e. a privatione sceleris), pro, sanctitate. Διόνυσος (Dionysus), δι' ὃν ἡ νύσσα (i. e. per quem meta) et rotatio (s. conversio) temporis. Terpander vero Lesbius a Nyssà dicit nutritum esse Dionysum eum, qui a nonnullis Sabazius nominatur, Jove et Proserpina natum, post a Titanibus dilaniatum. Fertur autem et fabula quaedam de eo, auctore Apollodoro, quasi natus sit Jove et Tellure, cum videlicet Tellus Θεμέλη (Themele) appelletur, propterea quod in eam omnia καταθεμελιοῦνται (i. e. in ea fundantur), quam commutata una litera S Semelen poëtae appellarunt. Ex poëtarum autem sententia Dionysi quinque sunt: primus e Jove et Lysithea natus; secundus Nilo, qui et Libyae et Aethiopiae atque Arabiae rex fuit; tertius Cabiro

pag. 256. sq. ed. Heyn. Conf. Fragmm. libri Περὶ θεῶν, ubi Heynius p. 399. nostrum locum recepit. Rr.

τῆς δὲ Γῆς Θεμέλης προςαγ.] Etymol. Gud. in Σεμέλη p. 498. Σεμέλη θεός, θεμελίς, θεμελιῶτις οὖσα. Θέμελις ἡ γῆ προςαγορεύεται· διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πάντα καταθεμελιοῦσθαι· καὶ κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ θ εἰς σ Σεμέλη. Rr.

κατὰ δὲ τοὺς ποιητὰς Διόν. πέντε] Cf. Cic. De nat. deor. III. 23. p. 617. sqq. ed. Mos. et Creuz. ibique Davis. et reliqui Interprett. Cf. etiam Eudociae Viol. p. 118. ed. Villoison. Cr.

πρῶτος Διὸς καὶ Λυσιθ.] Cic. l. l. *primum e Jove et Proserpina natum.* Λυσίθεαν Creuzerus pro ipsa Proserpina accipi posse suspicatur, si *Liberam* cogites. Conf. Creuzer. Symb. vol. III. p. 338. Rr.

δεύτερος ὁ Νείλου] Pro ὁ Νείλου codex ita: ὀνείλαου. Sch. Cic. l. l. p. 618. *secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse.* Ἀραβίας dedi pro Ἀῤῥαβίας. Rr.

τρίτος Καβ. — Καβ. τελετῇ] In τῆς . . . . . . εβ. tantum lacunae spatium. Sch. In Cod. Paris. item vacuum relictum spatium. Creuzerus in Dionyso p. 151. ope loci Ciceroniani explet lacunam, ponens Ἀσίας, id quod recepi. Pro Καβιρικῇ τελ. Paris. habet Καβειρικῇ τελ. Vid. de hac re Creuzer. Dionys. pag. 152., quo auctore in libris scribitur Κάβειρος, in numis Κάβιρος. Sed addit: „Tu vero cave quidquam tentaveris in eo scriptore, quem jam supra in alius nominis scriptione a communi consuetudine abire vidimus.“ — Cic. l. l. *tertium Ca-*

τῆς Ἀσίας ἐβασίλευσεν, ἀφ᾽ οὗ ἡ Καβιρικὴ τελετή· τέταρτος ὁ Διὸς καὶ Σεμέλης, ᾧ τὰ Ὀρφέως μυστήρια ἐτελεῖτο, καὶ ὑφ᾽ οὗ οἶνος ἐκεράσθη· πέμπτος ὁ Νίσου καὶ Θυώνης, ὃς κατέδειξε τριετηρίδα. καὶ ταῦτα μὲν οἱ Ἕλληνες. οἱ δέ γε Ῥωμαῖοι τὸν Διόνυσον Βακχευτὴν τοῦ Κιθαιρῶνός φασιν, οἱονεί, βακχευτὴν καὶ ἀνατρέχοντα ἀνὰ τὸν οὐρανόν, ὃν ἐκ τῆς τῶν ἑπτὰ συμφωνίας ἀστέρων Κιθάρωνα ὠνόμασαν· ὅθεν Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι μυθικῶς τῷ Ἀπόλλωνι, οἷον, ὁ Λόγος τῷ Ἡλίῳ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν. ἐν ἀποῤῥήτῳ δὲ τῷ Διονύσῳ τὰ μυστήρια ἐτελεῖτο, διὰ τὸ πᾶσιν ἀπόκρυφον εἶναι τὴν τοῦ Ἡλίου πρὸς τὴν τοῦ παντὸς φύσιν κοινωνίαν. καὶ φαλλοὺς ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ παρελάμβανον, οἱονεί, τὰ γεννητικὰ ὄργανα· καὶ ἔσοπτρον, οἱονεί, τὸν διαυγῆ οὐρανόν· σφαῖραν δέ, οἱονεί, τὴν Γῆν· ὁ γὰρ Πλάτων ἐν τῷ
p. 83. *Τιμαίῳ φησίν· „Γῇ μὲν τὸ σφαιρικὸν εἶδος.“ διὸ δὴ καὶ ὁ Πυθαγόρας ἐν ταῖς δέκα σφαίραις οὕτως καὶ αὐτῆς* [sic] *ψυχὰς ἐνεσπάρθαι φησί. Πυριγενέα δὲ αὐτὸν καὶ Παγκρατῆ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐκάλουν, ὅτι τὴν μὲν φύσιν πυρώδης ἐστὶν ὁ Ἥλιος, τοῦ δὲ παντὸς ἐπάρχει καὶ κρατεῖ. καὶ πάνθηρα δὲ παρ᾽ αὐτοῦ*

prio patre, eumque regem Asiae fuisse dicunt; cui Sabazia sunt instituta — ubi pro *Caprio* Jac. Gronov. legit *Cabiro.* Rr.

τέταρτος — ἐκεράσθη] ᾧ τὰ Ὀρφ. auctore Creuzero dedi pro ὧν τ. Ὀ. — Cic. l. l. *quartum Jove et Luna, cui sacra Orphica putantur confici.* Haec si sequaris, pro *Σεμέλης* legendum putaveris *Σελήνης*. De mysteriis Orphicis vid. Fragmenta Orph. XVII. p. 477. Herm. Cf. Creuzer. Symb. vol. III. pag. 148. sqq. Rr.

πέμπτος — τριετηρίδα] Cic. l. l. *quintum Niso natum et Thyone, a quo Trieterides constitutae putantur:* unde *Νύσου* mutavi in *Νίσου*. De Trieteridibus cf. Creuzer. Symb. vol. III. p. 96. — de Thyone ibid. pag. 107. sq. et Moser. ad Ciceronis locum laud. Rr.

βακχευτήν — ὠνόμασαν] Sic in Orph. hymn. *Πρὸς Μούσ.* vers. 9. laudat. a Creuzero in Dionyso pag. 245. *χορευτής* dicitur Bacchus. Post *οὐρανόν* supplevi *ὄν*, quo carere nullo modo possumus. Rr.

patre, qui in Asia regnavit, a quo initia Cabirica sunt instituta; quartus Jove et Semele, cui sacra Orphica conficiuntur, a quo et vinum mixtum est; quintus Niso natus et Thyone, a quo Trieterides constitutae sunt. Et haec quidem Graeci. Romani autem Dionysum Bacchantem Cithaeronis dicunt, velut, bacchantem et salientem per coelum, quod ex septem concentu stellarum Citharonem nominaverunt: unde Mercurius citharam dat ex fabula Apollini, tanquam, Ratio Soli universi harmoniam. In occulto autem Bacchi mysteria celebrabantur, propterea quod omnibus occulta est Solis cum universi natura communio. Et phallos in sacris ejus assumebant, velut, membra genitalia; et speculum, tanquam, pellucidum coelum; globum autem, tanquam, Tellurem: Plato enim in Timaeo ait: „Terrae globosam speciem (assignemus)." Unde videlicet et Pythagoras in decem sphaeris ita etiam ejus animas [*sic*] insitas dicit. *Πυριγενέα* autem eum (i. e. ex igne progenitum) et *Παγκρατῆ* (i. e. omnipotentem) in sacris vocabant, quod igneus natura Sol est, et universum regit ac comprehendit. Et panthera ab eo nomen trahere faciunt, quasi τὴν

Ἑρμῆς κιθάραν δίδωσι κ. τ. λ.] Haec usque ad verba *παντὸς ἁρμονίαν* Lambecius ad Codin. pag. 152. ed. Paris. verbotenus affert. Cum quibus cf. ibidem exscriptum Proclum in Comment. ad Platon. Cratyl. Rr.

καὶ φαλλοὺς κ. τ. λ.] Vid. Creuzer. Symb. vol. III. p. 450. Rr.

Πλάτ. ἐν τῷ Τιμ.] Errat Lydus. Plato enim in Tim. p. 55. St. p. 71. Bekker. sic habet: *γῇ μὲν δὴ τὸ κυβικὸν εἶδος δῶμεν.* — *Γῇ* pro Schowii *Γῆ* dedi ex Platone. Rr.

καὶ αὐτῆς [sic] *ψυχάς*] Conjicio *καὶ αὐτὸς ψυχάς*. Has. Nisi fort. ad antecedens *Γῇ* referendum est *αὐτῆς*. Rr.

Πυριγενέα κ. τ. λ.] Creuzer. in Dionyso p. 254. sq. ita habet: „Orphici certe theologi eorumque sequaces philosophi hunc deum in eam partem acceperunt, ut vel ipsum solem vel solis filium dicerent." Cf. ibi laudd. locos, ex quibus Creuzerus Lydum sua desumsisse dicit. Rr.

πάνθηρα] *Pardus* cum aliis bestiis, cane, tigri, leopardo,

τοὔνομα ποιοῦσιν ἀποδεχόμενον, οἱονεί, τὴν πάνθηρον Γῆν ἐξ αὐτοῦ λαμβάνουσαν τὴν ζωοποιὸν καὶ εὐφραντικὴν τροφήν. καὶ Βάκχας αὐτῷ καὶ Νύμφας, οἱονεί, τὰ ὕδατα, ποιοῦσι πειθαρχοῦντα, τῇ δὲ τοῦ Ἡλίου κινήσει ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ζωογονεῖται· κύμβαλα δὲ καὶ θύρσους αὐταῖς διδόασι, τὸν τῶν ὑδάτων ἦχον· καὶ ὑπὸ Σατύρων ἐλαυνομένας τὰς Μαινάδας, οἷον, ὑπὸ τῶν ἀνέμων ὠθουμένης τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως, βροντὰς καὶ κτύπους ἀποτελεῖσθαι. Διόνυσον δέ, ὡςανεί, τὸν τοῦ Διὸς νοῦν, οἱονεί, τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν· πολλαχοῦ γὰρ εὑρίσκομεν, ὡς ὁ σύμπας κόσμος Ζεὺς ὀνομάζεται διὰ τὸ ἀείζωον καὶ ἀτελεύτητον. Σεμέλης δὲ αὐτὸν ποιοῦσιν υἱόν, ὡς ὑπὸ Γῆν κρυπτόμενον, καὶ διὰ τοῦ Ἑρμοῦ, τουτέστι, τοῦ λόγου, προϊόντα· καὶ τῷ μηρῷ τοῦ Διὸς ἐντρεφόμενον, οἱονεί, ἐν τοῖς ἀποῤῥήτοις τοῦ κόσμου λανθάνοντα· καὶ Διθύραμβον καὶ Διμήτορα, τὸν δύο προόδους λαχόντα, τὴν μὲν ἀνατολικήν, πρὸς Νότον, ἐν χειμῶνι· τὴν δὲ βορείαν, πρὸς δυσμάς, ἐν τῷ θέρει. καὶ ταῦτα μὲν περὶ Διονύσου. Ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῶν Βακχαναλίων Δημόκριτος δύεσθαι τοὺς Ἰχθύας λέγει, ὁ δὲ Βάῤῥων ἀνεμομαχίαν ἔσεσθαι παραδίδωσιν. οὕτως μὲν ἡ παλαιότης περὶ τὰ Διονύσια. Οἱ Χαλδαῖοι τὸν θεὸν Ἰαὼ λέγουσιν (ἀντὶ τοῦ, φῶς νοητόν)

Baccho sacer erat. Cf. Creuzer. Symb. vol. III. p. 114. — *πάνθηρα* scripsi pro Schowii *πάνθηρον*; neque enim dubium est, quin aberrantia oculorum (paulo enim post, ante *Γῆν* sequitur *πάνθηρον*) *ον* pro *α* positum a librario sit. Rr.

ἐλαυνομένας τὰς Μαινάδας] Codex mendose: *ἐλαυνόμενος τὰς μ.* Sch. Cod. Paris. item *ἐλαυνόμενος*. Rr.

Διόνυσον δέ] Ad *Διόνυσον δὲ* ex sequentibus *ποιοῦσιν* revocandum. Sch. Immo *ἐκάλουν* ex antecedentibus. Rr.

ὡς ὁ σύμπ. κόσμ. Ζεὺς ὀνομ.] V. c. apud Orphea in Fragmm. VI. p. 456. sqq. Herm. passim, in primis vers. 14. *Ζεὺς πόντου ῥίζα, Ζεὺς ἥλιος ἠδὲ σελήνη κ. τ. λ.* Rr.

Διθύραμβον καὶ Διμήτορα] *Διμήτωρ* Bacchus dicitur inde quod unó patre èt duabus matribus, Semele et Proserpina,

πάνθηρον Γῆν (i. e. Terram, quae omnes feras capit) ab eo accipientem nutrimentum recreandi et laetificandi vim habens. Et Bacchas ei Nymphasque, tanquam aquas, faciunt servire; Solis autem motu aquarum natura fecundatur: cymbala autem et thyrsos ei dant, (tanquam) aquarum fremitum; et Maenades (s. Bacchas), quae a Satyris agitantur, velut, cum a ventis aquarum natura impellatur, tonitrua et strepitus effici. Dionysum autem (eum vocabant), velut, Διὸς νοῦν (i. e. Jovis mentem), quasi, mundi animam: saepe enim reperimus, universum mundum Jovem nominari, propterea quod semper viget et infinitus est. Semeles autem eum faciunt filium, ut eum, qui sub Terra abditur et per Mercurium, id est, orationem, prodit: et in femore Jovis nutriri, velut, in secretis locis mundi latentem: et Διθύραμβον (Dithyrambum) et Διμήτορα (i. e. duabus matribus natum), tanquam eum, qui duos exitus sortitus est, orientalem, meridiem versus, hyeme; septentrionalem, ad occidentem versus, aestate. Haec hactenus de Dionyso. Bacchanaliorum autem die Democritus occidere Pisces dicit, Varro ventorum pugnam futuram docet. Ita antiquitas circa Bacchanalia. Chaldaei deum Iao dicunt (pro, lumen quod mente percipitur)

prognatus est. Vid. Creuzer. Symb. vol. III. p. 97. ibique laudat. Moser. ad Nonn. Dionys. IX. 10. pag. 105. Conf. Voss. Etymol. in *Dithyrambus*. Rk.

τὴν μὲν ἀνατολικήν] Paris. τ. μ. ἀνατολήν. Rk.

Ἐν δὲ τῇ ἡμ. τῶν Βακχαν. κ. τ. λ.] XVI Kal. April. Nost. De ost. p. 216. ex Claud. Tusco: Τῇ πρὸ ιέ Καλ. Ἀνεμομαχία· ὁ δὲ βοῤῥᾶς ἐπικρατεῖ: itaque non Liberalibus, sed postridie. — Alterum Piscium condi Ovidius dicit V Non. Mart. Fast. III. 400. Conf. Ideler. Ueber — d. Fasti des Ovid. p. 161. Rk.

Ἰαώ] Sic Diod. Sic. I. 94. Macrob. Saturn. I. 18. Theodoret. Quaest. ad Exod. XV. vocem יַהְוֹה pronuntiandam dicunt. Vid. Gesen. Lex. Hebr. s. v. In explicatione hujus nominis valde discrepat Lydus a V. T. Interpretibus. Rk.

p. 84. τῇ Φοινίκων γλώσσῃ, καὶ Σαβαώθ δὲ πολλαχοῦ λέγεται, οἷον, ὁ ὑπὲρ τοὺς ἑπτὰ πόλους, τουτέστιν, ὁ δημιουργός.

c. VI. 39. Πρὸ δεκαπέντε Καλενδῶν Ἀπριλίων ὁ Εὐκτήμων ποικίλους ἀνέμους πνέειν λέγει. Κεφαλαίαν δὲ Ἀθηνᾶν τὴν φρόνησιν ἄν τις εἴποι· καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βρέγματος, κατὰ τὸ ἀντικέφαλον, ἐναποκεῖσθαι λέγεται [πρὸς ταῖς ῥίζαις τοῦ ἐγκεφάλου] τοῖς ἀνθρώποις ἡ φρόνησις. ὅθεν ὀργιζόμενον Ἀχιλλέα Ὅμηρος ἐκ τοῦ βρέγματος πιεζόμενον ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἐποίησε, λέγων·

— ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα.

καὶ γλαυκῶπιν αὐτὴν διὰ τὸ πυρῶδες γράφουσι, καὶ γλαῦκα αὐτῇ, τὸ ὄρνεον, προςνέμουσιν, ὅπερ ἐγρήγορε διὰ πάσης τῆς νυκτός, ὡς ἄν τις καὶ ἀεικίνητος τὴν φύσιν· τὸ γὰρ παῦλαν ἔχον κινήσεως παῦλαν ἔχει ζωῆς, κατὰ Πλάτωνα.

40. Πρὸ δεκατεσσάρων Καλενδῶν Ἀπριλίων ἑορτὴ παρὰ Ῥωμαίοις τιμωμένη, οὐχ ὡς Ῥωμαϊκή, ἀλλ' ὡς μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἔχουσα τιμὴν δι' αἰτίαν τοιαύτην. τοῦ Νείλου τὴν ἐτήσιον ἐπίδοσιν τῶν ὑδάτων ἀρνουμένου ποτέ, καὶ ταύτῃ τῶν Αἰγυπτίων ἀπολλυμένων, δαίμων τις ἀγαθὸς εἰς ἄνθρωπον φανείς, ὅλον τὸ σῶμα πεπηλωμένος, ἐξεβόα τοῖς Αἰγυ-
p. 85. πτίοις ἀναβλύσαι τὸν Νεῖλον, καὶ αὐτὸν ἐμπεσεῖν

Σαβαώθ — λέγεται] Errat Noster; neque enim simpliciter Hebraeis *Zebaoth* dicitur Deus, sed semper junctim: אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, אֱלֹהִים צְבָאוֹת, יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת, i. e. *Deus exercituum coelestium.* Vid. Gesen. Lex. s. v. — Conf. cum his infr. no. 98. Falso a שֶׁבַע Lydus derivat hanc vocem. Rr.

39. *Πρὸ δεκαπέντε — ποικίλους ἀνέμ.*] Nostro De ostent. p. 216. *Ἀνεμομαχία.* Rr.

Κεφαλ. δὲ Ἀθην. τὴν φρόν.] Vid. Creuzer. Symb. vol. II. pag. 728. ibique notat. Schol. ad Odyss. XIX. 33. sqq. *ὀρθῶς δὲ πεποίηκε τὴν Ἀθηνᾶν, φρόνησιν οὖσαν, καθαρὸν αὐτῷ*

Phoenicum lingua, et Sabaoth vero saepe dicitur, velut, is qui est super septem polos, id est, deus opifex (s. procreator mundi).

39. A. d. XV Kalendarum Aprilium Euctemon varios ventos flare dicit. *Κεφαλαίαν Ἀθηνᾶν* (i. e. Minervam capitalem) mentem aliquis dicat: etenim in sincipite, ad occipitium, sita esse dicitur [prope radices cerebri] hominibus mens. Unde irascentem Achillem Homerus sincipite premi (s. apprehendi) a Minerva fecit, dicens:

— et flava coma prehendit Pelidem.

Et oculis caesiis eam propter naturam igneam pingunt, et noctuam ei, avem, attribuunt, ut quae vigilat per totam noctem, ut quaedam, quae et semper movetur natura: quod enim terminum habet motus, idem terminum habet vitae, ut Plato docet.

40. A. d. XIV Kalendarum Aprilium feriae sunt, quae apud Romanos celebrantur, non tanquam Romanae, sed quod maximo honore apud Aegyptios afficiuntur, hanc fere ob causam. Nilus cum annuum incrementum aquarum recusaret aliquando, ideoque Aegyptii interirent, bonus quidam daemon, specie humana adsumta, toto corpore luto obductus, praedicabat Aegyptiis exundasse Nilum, seque ipsum in-

[Ulixi] *παρέχειν τὸ φῶς*. De *Κεφαλαίᾳ*, *Capta*, *Capitali*, vid. Creuz. l. l. p. 817. et Allegor. nomin. deor. in Creuz. Meletematib. I. p. 45. Rʀ.

ἐπὶ τοῦ βρέγματος κ. τ. λ.] Cf. Plutarch. De plac. philos. IV. 5. p. 624. sq. ed. Wyttenb. Rʀ.

κατὰ τὸ ἀντικέφαλον] Vocem *ἀντικέφαλον* in Lexicis non reperio. Ex etymologia verti per *occipitium*. Verba *πρὸς — ἐγκεφάλου* glossema esse puto; quam ob rem uncinis inclusi. Rʀ.

Ὅμηρος] Iliad. I. 197. Rʀ.

καὶ γλαυκῶπιν — κατὰ Πλάτωνα] Eadem fere vid. supra III. 30. Pro *γλαῦκα* fuerat *γλαῦκαν*, quod mendum ex loco laud. elui. Pro *ἀεικίνητος*, quae vera lectio est, Paris. habet *ἀκίνητος*. Rʀ.

τοῖς ὕδασι· τῶν δὲ ἀπιστησάντων, ἔργῳ δὲ τἀληθὲς εὑρόντων, ἑορτὴ παρ' αὐτοῖς τε καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ὡρίσθη, λεγομένη Πηλούσιος. Μικρὰς Ἀθήνας ἐκάλουν τὴν Φιλαδέλφειαν διὰ τὰς ἑορτὰς καὶ τὰ ἱερὰ τῶν εἰδώλων.

41. Τῇ πρὸ δεκαμιᾶς Καλενδῶν Ἀπριλίων δένδρον πίτυς παρὰ τῶν δενδροφόρων ἐφέρετο ἐν τῷ Παλατίῳ. τὴν δὲ ἑορτὴν Κλαύδιος ὁ βασιλεὺς κατεστήσατο, ἀνὴρ οὕτω δίκαιος περὶ τὰς κρίσεις, ὡς μητέρα, τὸν ἑαυτῆς παῖδα ἀρνουμένην, κελεῦσαι ὡςανεὶ ξένην γαμηθῆναι αὐτῷ, τὴν δὲ ἀποπίπτουσαν [sic] εἶναι μητέρα.

42. Τῇ πρὸ δέκα Καλενδῶν Ἀπριλίων καθαρμὸς σάλπιγγος καὶ κίνησις τῶν ὅπλων, καὶ τιμαὶ Ἄρεος καὶ Νερίνης, θεᾶς οὕτω τῇ Σαβίνων γλώσσῃ προςαγορευομένης, ἣν ἠξίουν εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν, ἢ καὶ Ἀφροδίτην· νερίνη γὰρ ἡ ἀνδρία ἐστί, καὶ νέρωνας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν. αὐτὴν δὲ μετὰ Ἄρεος ἡγεῖσθαι τῶν πολέμων καὶ Ὅμηρος δείκνυσι, λέγων·

Ταῦτα δ' Ἄρηϊ θοῷ καὶ Ἀθηνᾷ πάντα μελήσει.

οἱ γὰρ Ἀφροδίτην εἶναι νομίζοντες τὴν Νερίνην πλανῶνται, καὶ μάρτυς κἀνταῦθα Ὅμηρος·

Οὔ τοι, τέκνον ἐμόν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα.

p. 86. 43. Ὁ Φίλιππος δύεσθαι τῇ πρὸ ἐννέα Καλενδῶν

40. λεγομ. Πηλούσιος] Paris. Πηλούσιον, fortasse rectius. Ceterum a voce πηλός derivandum esse hoc nomen, neminem fugit. Rr.

41. ἐφέρετο ἐν τῷ παλατ.] De Praeposit. ἐν pro εἰς vid. supra ad num. 3. Rr.

ἀποπίπτουσαν] Leg. ἀποπτύουσαν. Has.

42. καθαρμὸς σάλπιγγος] Vid. Varro De lingua Lat. V. 3. Festus in *Tubilustrium* p. 578. Dacer. ibique Interprr. Cr. Cf. Creuzer. in: Abriss der Röm. Antiqq. p. 296. ejusque Symbol. vol. II. p. 775. vol. IV. p. 401. Rr.

Ἄρεος καὶ Νερίνης] De Nerine dea, quae modo cum Venere, modo cum Minerva comparabatur, vid. Creuzer. Symbol. vol. II. pag. 967. — A.

cidisse in aquas. Illi vero cum fidem non habuissent, re autem verum esse comperissent, feriae apud ipsos et Graecos institutae sunt, quae dicebantur Pelusius (fort. Pelusium). Parvas Athenas vocabant Philadelphiam propter ferias et templa idolorum.

41. A. d. XI Kalendarum Aprilium pinus arbor a dendrophoris in Palatium ferebatur. Has autem ferias Claudius imperator instituit, vir tanta justitia in judiciis, ut matrem, filium suum recusantem, juberet tanquam alienam ei nubere, illa autem respuens hoc, esset mater (s. sese confiteretur matrem).

42. A. d. X Kalendarum Aprilium tubilustrium et armorum motus, et honores Martis ac Nerinae, deae, quae Sabinorum lingua ita appellatur, quam volebant esse Minervam, vel etiam Venerem: *nerine* enim fortis est, et *nerones* a Sabinis fortes vocantur. Ipsam autem cum Marte praeesse bellis Homerus quoque significat, dicens:

Haec autem Marti celeri et Minervae omnia cordi erunt.

Qui enim Venerem esse putant Nerinem, ii errant, et testis hac quoque in causa Homerus est:

Non tibi, mea nata, concessa sunt opera bellica.

43. Philippus occidere a. d. IX Kalendarum Apri-

Gell. N. A. XIII. 21. *Neriene* scribit. Rr.

καὶ νέρωνας τοὺς ἀνδρ. κ. τ. λ.] Sueton. Tiber. cap. 1. *quo* (Neronis cognomine) *significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.* Conf. A. Gell. N. A. XIII. 22. Cr. Noster De magistr. I. 23. p. 44. *καὶ Νέρων ὁ ἰσχυρός, τῇ Σαβίνων φωνῇ.* Rr.

καὶ Ὅμηρος δείκνυσι] Iliad. V. 430. Rr.

πλανῶνται] Vereor, ne Laurentius noster fallatur. In Sabinorum religione utique armata esse Venus potest, neque quidquam efficitur loco Homerico. Vid. Creuzer. l. l. Est autem ille Homeri locus Il. V. 428. Rr.

43. *δύεσθαι — τὰς Ὑάδας*] Ovidio occidunt Hyades XVI Kal. Maj., quem vid. Fast. IV. 677. sq. Vid. Ideler. Ueber — d. Fasti des Ovid. p. 153. Cf. Voss. ad Arat. 172. Creuzer. Dionys. p. 272. Rr.

Ἀπριλίων τὰς Ὑάδας μετὰ Νότου, ἀνίσχειν λέγει ὁ Μητρόδωρος. Τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλενδῶν ἰσημερία ἐαρινή.

ἈΠΡΙΛΙΟΣ.

Cap. I. 44. Τοῦ πρώτου μηνός, ὡς ἐλέγομεν, κατὰ τὴν τῆς μονάδος ἐξοχὴν ταῖς τιμαῖς τῶν νοητῶν ἀνατεθέντος, εἰκότως ὁ μετ' αὐτόν, τουτέστιν, ὁ δεύτερος, ὃν πατρίως Ῥωμαῖοι Φεβρουάριον καλοῦσι, κατὰ τὸ ἄπειρον τοῦ ἀριθμοῦ Πλούτωνι καὶ τοῖς καταχθονίοις ἀφωρίσθη. Ἀΐδην δὲ αὐτὸν καλοῦσιν· ἡ γὰρ δυὰς ὡς ἀνείδεος καὶ ἀόριστός ἐστιν, ὅθεν αὐτὸς τῶν ἀειδῶν καὶ ἀπόστασιν ἀπὸ τῶν θείων ἐσχηκότων βασιλεὺς εἶναι λέγεται. ὀρθῶς οὖν ὁ Φιλόλαος τὴν δυάδα Κρόνου σύνευνον εἶναι λέγει, ὃν κατὰ τὸ προφανὲς χρόνον ἄν τις εἴποι. συνάπτεται δὲ τῷ χρόνῳ ἡ δυάς, ὡς τῆς φθορᾶς αἰτίῳ. μήτηρ δὲ αὐτῷ τυγχάναι τῆς ῥευστῆς οὐσίας [sic]. τὸν δὲ
p. 87. τρίτον, τουτέστι, τὸν Μάρτιον, εἴτε κατὰ τὸν πρῶτον περιττόν, εἴτε ὡς πάτριον θεόν, εἰς τοῦτο τάξεως ἀριθμοῦ ἀνέθεντο· ἡ γὰρ τριὰς ἀρχὴ ἀριθμοῦ· ὥστε οὐκ ἔξω φιλοσοφίας τὸν Ἄρεα ζευγνύουσι τῇ Ἀφροδίτῃ· τῇ γὰρ δυάδι συνελθούσης μονάδος, πρῶτος ἀριθμὸς ἐτέχθη, ὃς καλεῖται ὑπ' ἐνίων τέλειος, ὅτι

Τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλ.] Conf. Ovid. Fast. III. 876. sq. — Nost. De ost. p. 216. in a. d. IX Kal. (τῇ πρὸ θ' Καλ.) aequinoctium vernum ponit; Ptolem. Inerrant. stell. signif. p. 55. Petav. VII Kal. April. Rr.

ἈΠΡΙΛΙΟΣ] Sic dedi pro ἈΠΡΙΛΛΙΟΣ, secutus Nostr. De ost. pass. Quanquam Theodor. Gaza De mensib. cap. VIII. scribit Ἀπρίλι in cas. Dativo. Rr.

44. εἰκότως ὁ μετ' αὐτόν] Virgulam, quae in Schowii editione est post εἰκότως, expunxi et post ἀνατεθέντος posui. Rr.

Ἀΐδην δὲ αὐτὸν καλ. κ. τ. λ.] Etymol. Gud. s. v. p. 7. παρὰ τὸ ἀΐδης ἅδης· τὸ δὲ ἀΐδης παρὰ τὸ εἴδω, βλέπω, ἴδης, καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ ᾱ, ἀΐδης· ἐν ᾧ οὐδὲν βλέπομεν. Cf. Eudoc. Viol. p. 13. et Platon. Cratyl. p. 403. a. ibique Heindf. p. 68. Plutarch. De occulte vivendo p. 1130. A. De dyade vid. Böckh. ad Philol. fragmm. p. 55. sq. et quae ibi p. 51. ex Nicomacho in medium proferuntur. Rr.

lium Hyades cum Noto, oriri ait Metrodorus. A. d. VIII Kalendarum aequinoctium vernum.

APRILIS.

44. Primo mense, ut diximus, ob monadis praestantiam honoribus eorum, quae mente percipiuntur, dicato, merito is, qui eum sequitur, id est, secundus, quem patrio sermone Romani Februarium vocant, ob imparem numeri naturam Plutoni et inferis consecratus est. *Ἀΐδην* autem eum vocant: dyas enim quasi figura carens et infinita est, unde ipse eorum, quae cerni non possunt et distant a divinis, rex esse dicitur. Recte igitur Philolaus dyadem Saturni conjugem esse ait, quem cum veri specie tempus aliquis dixerit. Conjungitur autem cum tempore dyas, tanquam corruptionis causâ. Mater autem ei est fluidae essentiae [*sic*]. Tertium autem, id est, Martium, sive ob primum imparem, sive tanquam patrium deum, in hoc ordine numeri posuerunt: trias enim principium numeri: ut non extra philosophiam Martem jungant Veneri; cum dyade enim postquam coiit monas, primus numerus genitus est, qui vocatur a nonnullis

ἀπὸ τῶν θείων] Paris. ἐκ τ. θ. Rr.

Κρόνου σύνευνον] In Theol. Arithm. 14. p. 12. Ast. Jovis mater dicitur: ὅτι καὶ Διομήτορα ταύτην ὠνόμαζον, ὡς Διὸς μητέρα (Δία δ' ἔλεγον τὴν μονάδα) καὶ Ῥέαν ἀπὸ τῆς ῥύσεως καὶ ἀπὸ τῆς τάσεως. Rr.

μήτηρ δὲ αὐτ. κ. τ. λ.] Postrema: μήτηρ δὲ α. mutila sunt. Codex in textu: μήτηρ δὲ αὐτῇ τ. inter lineam: μήτηρ δὲ αὐτῷ τ. quod adsumsi. Tota sententia forte ita supplenda est: πατὴρ μὲν τῷ Ἀΐδῃ Κρόνος, μήτηρ δὲ αὐτῷ τυγχάνει Ῥέα, θεὸς τῆς ῥευστῆς ο. Sch.

εἴτε ὡς πάτριον θεόν] Cf. Ovid. Fast. IV. 26. et 55. Rr.

ἡ γὰρ τριὰς ἀρχ. ἀρ.] Cf. supra II. 7. et IV. 21. Rr.

τὸν Ἄρεα ζευγν. τ. Ἀφρ.] Ovid. Fast. IV. 59. Cf. Varro De ling. Lat. V. p. 50. Scal. Rr.

τῇ γὰρ δυάδι συνελθ. μον.] Vid. Böckh. ad Philol. fragmm. p. 56. Rr.

ὃς καλεῖται ὑπ' ἐνίων κ. τ. λ.] Sunt haec Anatolii in Theolog. Arithm. 16. p. 14. Ast.,

πρῶτος τὰ πάντα σημαίνει, καὶ πρῶτος ἔδειξεν ἀρχὴν, μέσα, τέλος. τὸν δὲ τέταρτον (Ἀπρίλιον ὀνομάζουσι) κατὰ τὴν τῶν στοιχείων φύσιν τῷ τετάρτῳ ἀριθμῷ ἀνέθεντο, τουτέστιν, Ἀφροδίτῃ· ἡ γὰρ τοῦ παντὸς αἰσθητοῦ φύσις ἐκ τεσσάρων ἐστὶ στοιχείων, αὐτὴ δ' ἂν εἴη κατὰ τοὺς φυσιολόγους Ἀφροδίτη. πρῶτος οὖν τετράγωνος ἀριθμὸς οὗτος καὶ τετρακτύς, ἀλλὰ μὴν καὶ πρῶτος ἔδειξε τὴν στερεὰν φύσιν· σημεῖον γὰρ, εἶτα γραμμὴ, εἶτα ἐπιφάνεια, εἶτα στερεόν, ὅ ἐστι σῶμα. ἐκ τεσσάρων δὲ ἡ τοῦ τετάρτου ἀριθμοῦ — — Ἀφροδίτῃ, τουτέστι, τῇ φύσει τῶν πραγμάτων ἀνέθεντο. ἀνθ' ὅτου δὲ οὕτως ἔδοξε Ῥωμαίοις τὸν τέταρτον ὀνομάσαι μῆνα, διὰ βραχέων ἐρῶ· τέως δὲ κατὰ τὸ πρόσθεν ἐπηγγελμένον ὀλίγα ἄττα
c. 11. περὶ τῆς κατὰ Ἀφροδίτην θεωρίας διαλήψομαι. Οἱ φυσικοὶ τοιγαροῦν τὸν ἐαρινὸν εἶναι καιρὸν τὴν Ἀφρο-
p. 88. δίτην βούλονται, οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ ἐν Ταύρῳ Ἥλιος· καὶ ἀποστρεφομένην αὐτὴν τὸν Ἄρεα ποιοῦσιν, ὡς ἐλέγομεν, ὥςπερ, τὸν Ἄρεος μῆνα, οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ Μάρτιος, προςτιθεμένην δὲ τῷ Ἀδώνιδι, τουτέστι,

ubi sic: Ὅτι ὁ τρία πρῶτος περισσὸς καλεῖται ὑπ' ἐνίων τέλειος, ὅτι πρῶτος τὰ πάντα σημαίνεται ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τέλος. Rr.

τὸν δὲ τέταρτον — ἀνέθεντο — Ἀφροδ.] Conf. Ovid. Fast. IV. 13. sqq. et vers. 99. et Plutarch. Vit. Num. cap. 19. Rr.

ἡ γὰρ τοῦ παντὸς αἰσθ. κ. τ. λ.] Cf. supra II. 7. fin. et Creuzer. Commentat. Herodott. I. p. 136., ubi hic ipse locus tractatur. Rr.

πρῶτ. οὖν τετράγωνος ἀρ.] Cf. Nicomach. Institut. arithm. II. 9. p. 119. Ast. et Animadvers. p. 283. sq. Rr.

καὶ πρῶτος ἔδειξε κ. τ. λ.] Theol. Arithm. 24. p. 23. Ast. Πρώτη ἡ τετρὰς ἔδειξε τὴν τοῦ στερεοῦ φύσιν, σημεῖον γάρ, εἶτα γραμμή, εἶτα ἐπιφάνεια, εἶτα στερεόν, ὅ,τι σῶμα. Conf. Macrob. In Somn. Scip. II. 2. post init. Rr.

ἐκ τεσσάρων δέ — ἀνέθεντο] Ultima haec mutila videntur. Sch. Non videntur solum, sed procul dubio sunt haec mutila, id quod positis post ἀριθμοῦ lineolis significavi. In Ἀφροδίτῃ subscripsi Iota, ut cum sequente φύσει congrueret. Ceterum ex iis, quae antecedunt, locum mutilatum ita re-

perfectus, quod primus universa significat, et primus monstravit initium, medium, finem. Quartum autem (Aprilem nominant) secundum elementorum naturam quaternario numero dicarunt, id est, Veneri: universi enim sensibus subjecti natura quatuor constat elementis, ipsa autem forte sit ex Physiologorum sententia Venus. Primus igitur quadratus numerus hic est et quaternio, verum et primus monstravit solidam naturam: signum enim, deinde linea, tum superficies, post solidum, quod est corpus. Ex quatuor autem quaternarii numeri — — Veneri, id est, rerum naturae, dicarunt. Quare autem ita visum sit Romanis quartum nominare mensem, paucis dicam: ante autem, ut prius significatum est, pauca quaedam de ea quae ad Venerem pertinet doctrina disseram. Physici igitur vernum tempus Venerem esse volunt, id autem fere fuerit Sol in Tauro: et aversari eam Martem faciunt, ut diximus, velut, Martis mensem, hic autem sit Martius; conjungi autem cum Adonide,

stituere conatus sum (rectene, an secus, in suspenso relinquam): ἐκ τεσσάρων δέ, ῆ (sic legò pro ῆ) τοῦ τετάρτου ἀριθμοῦ [ἡ φύσις τῶν πραγμάτων· διὸ τὸν Ἀπρίλιον τῇ] Ἀφροδίτῃ, τουτέστι, τῇ φύσει τ. πρ. ἀνέθ. Rk.

κατὰ τὸ πρόσθεν ἐπηγγ.] Schow. sic: κατὰ τὸν πρ. ἐπηγγ. Male. Aut ante vocem ἴλίγα inserendum τρόπον, aut certe id quod praecedit τόν mutandum in τό. Has.

Οἱ φυσικοί] Cum quorum placitis conferenda sunt, quae poëtae hac de re cecinerunt: e. gr. Ovid. Fast IV. 91. sqq., potissimum vers. 125. sqq. Rr.

καὶ ἀποστρ. — ὡς ἐλέγομεν] ὡς ἐλέγομεν flagitante nexu dedi pro Schowii ὡς λέγομεν. Dicit enim, se supra (no. 27.) de eadem re egisse. Quo ex loco item Ἄρεα ante ποιοῦσιν reposui pro Schowii ἀέρα, quod ferri nullo pacto potest, et post ἐλέγομεν addidi ὥσπερ, quo vix carere possimus. Sunt autem quae huc pertinent Lydi verba haec: Ἀποστρέφεται δέ, ὥσπερ κατὰ τὸν μῦθον, Ἀφροδίτη τὸν Ἄρην, κ. τ. λ. Rr.

τῷ Ἀδώνιδι, τουτέστι, τ. Μ.] De Adonide vid. Creuzer. ad Cic. De nat. deor. III. 23. not. 93. pag. 623. Conf. ejusd. Symbol. vol. II. pag. 105. sq., ubi de hoc quoque loco agitur Rr.

τῷ Μαΐῳ, καθ' ὃν ἤδη καὶ ἐαρίζει τὰ ὄρνεα· τοῦτον δὲ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ Ἄρεος μεταβληθέντος εἰς ὗν, οἱονεί, τὸ ἔαρ ὑπὸ τοῦ θέρους ἀναιρεῖσθαι· θερμὴ γὰρ ἡ φύσις τοῦ ὑός, καὶ ἀντὶ τοῦ θέρους αὐτὸν οἱ μυθικοὶ λαμβάνουσιν. η ὡς ἄλλοις δοκεῖ, Ἄδωνις μέν ἐστιν ὁ καρπός, Ἄρης δὲ ὁ σῦς· πολέμιον δε τὸ ζῶον τοῖς καρποῖς, ὥςπερ σωτήριος βοῦς· καὶ διὰ τοῦτο Αἰγύπτιοι ἔτι καὶ νῦν βοῶν μὲν ὡς ἐπίπαν ἀπέχονται, τοῖς δὲ ὑείοις ὡς μάλιστα πρὸς ἐδωδὴν κατακέχρηνται. Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδίτην αὐτὴν ἀξιοῖ ὀνομασθῆναι ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν.
p. 89. *ὁ δὲ Χρύσιππος οὐ Διώνην ἀλλὰ Διδόνην αὐτὴν ὀνομάζεσθαι ἀξιοῖ παρὰ τὸ ἐπιδιδόναι τὰς τῆς γενέσεως ἡδονάς, Κύπριν δὲ ὀνομασθῆναι παρὰ τὸ κύειν παρέχειν, καὶ Κυθερείην ὁμοίως, παρὰ τὸ μὴ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θηρίοις τὸ κύειν ἐπιδιδόναι. ἔνθεν Ἑρμῆς ἐν τῇ Κοσμοποιΐᾳ τὰ μὲν ὑπὲρ ὀσφὺν ἄῤῥενα τῆς Ἀφροδίτης, τὰ δὲ μετ' αὐτὴν θήλεα παραδίδωσιν· ὅθεν Πάμφυλοι καὶ πώγωνα ἔχουσαν ἐτίμησαν Ἀφροδίτην ποτέ. τεχθῆναι δ' αὐτὴν ἀξιοῦσιν ἀπὸ τῶν Κρόνου μηδέων, τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος, ἡ δὲ*

τοῦτον δὲ ἀναιρ.] Ad *τοῦτον δὲ ἀναιρεθῆναι* repetendum *οἱ φυσικοὶ ποιοῦσιν* ex praecedentibus. Sch.

Εὐριπίδης δὲ Ἀφροδ. κ. τ. λ.] Euripid. Troad. vers. 989: *τὰ μῶρα πάντ' ἐστὶν Ἀφροδίτη βροτοῖς.* Cf. Etymol. Gud., ubi male Euripidis sententia sic redditur: *τὰ μωρὰ γὰρ πάντεσσι γίνονται βροτοῖς.* Cf. s. v. *Ἀφρογένειαν*, et Etym. m. in *Ἀφροδίτη* p. 179. Rr.

ὁ δὲ Χρύσιππος κ. τ. λ.] Recepit hunc locum Baguet. in commentat. De Chrysippi vita cett. p. 237. quem confer. — Aliis *Διώνη* non ipsa Venus est, sed Veneris mater. Apollod. Biblioth. I. 3. *Ζεύς — ἐκ Διώνης γεννᾷ Ἀφροδίτην.* Cf. Nostr. infr. — Etymol. m. in *Διώνη*: *ἢ ἀπὸ τοῦ διδῶ, Διδώνη καὶ Διώνη, ἡ διδοῦσα τὰς τῆς γενέσεως ἡδονάς.* Ibid. in *Κύπρις* p. 546. 31. *ἔστιν οὖν κατὰ συγκοπὴν εἰρημένον, ἀπὸ τοῦ κύω, κυόπορις, ἡ τὸ κύειν πορίζουσα, τουτέστι παρέχουσα.* Cf. Etym. Gud. s. v. pag. 354. et Festus in *Cypria*. — *Κυθερείην* dedi pro vitioso *Κυθηρίην*. Vid. Homer. Hymn. IX. 1. et quae praeterea laudat Creuzer. in Symb.

id est, Majo, quo et jam vernant aves: hunc autem interfectum a Marte converso in suem, quasi, ver ab aestate interfici: calida enim natura suis, et in aestatem eum Mythici accipiunt. Vel ut aliis videtur, Adonis fructus est, Mars sus: infestum autem animal fructibus, ut salutaris bos: quamobrem Aegyptii etiam nunc bovibus ut plurimum abstinent, suillis autem (carnibus) quam maxime ad vescendum utuntur. Euripides autem Ἀφροδίτην (Aphroditen) eam vult nominatam ἐκ τοῦ ἄφρονας τοὺς ἐρῶντας ἀποτελεῖν (i. e. inde quod insanos amantes reddat). Chrysippus autem non Διώνην (Dionen), verum Διδόνην (Didonen) eam nominari vult propterea quod ἐπιδίδωσι (i. e. dat) generationis voluptates, Κύπριν (Cyprin) autem nominatam παρὰ τὸ κύειν παρέχειν (i. e. eo quod conceptum efficit), et Κυθερείην (Cythe-ream) pariter, eo quod non solum hominibus, verum etiam bestiis τὸ κύειν ἐπιδίδωσι (i. e. concipiendi facultatem praebet). Inde Hermes in Κοσμοποιΐᾳ (i. e. in libro super mundi creatione) eas quae super coxam sunt masculas Veneris partes, quae autem post eam, femineas esse docet: unde Pamphyli et barbatam olim colebant Venerem. Natam autem eam volunt ex Saturni virilibus, id est, ex aevo (s. aeter-

vol. II. p. 614. not. 270. Ad rem vid. Festum, qui s. v. *Cytherea* sic: *C. Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, cum in mari esset concepta.* Rn.

Ἑρμῆς ἐν τῇ Κοσμοποιΐᾳ] Unde, uti videtur, desumta sunt, quae habet Stobaeus Eclog. I. p. 226. Heeren. Cr.

τὰ μὲν ὑπὲρ ὀσφὺν κ. τ. λ.] Codin. De origg. Const. p. 14. ed. Paris., quem ex Lydo hausisse dicit Lambecius, sic habet: καὶ ἀπὸ τῆς ὀσφύος τῆς ἄνωθεν λέγουσιν αὐτὴν ἄῤῥενα, τὰ δὲ κάτω θήλειαν. Rn.

Πάμφυλοι] Schow. male Πάμφιλοι. Forma Πάμφυλοι cum ex Herodoto VII. 91. Strabon. XIV. pag. 953. ed. Falconer. Pausan. VII. tom. II. p. 244. ed. Fac. et multis aliis defendi possit, opus non est, ut serior et Lydi temporibus usitatior forma Παμφύλιοι praeferatur.

φύσις τῶν πραγμάτων ἀΐδιος καὶ ἄφθαρτος. βενίσαι τὸ ἀφροδισιάσαι παρὰ τῷ πλήθει λέγεται. ὁ δὲ Πλάτων δύο παραδίδωσιν Ἀφροδίτας, Οὐρανίαν καὶ Πάνδημον· καὶ τὴν μὲν τοῖς θεοῖς, τὴν δὲ τοῖς ἀνθρώποις παρέπεσθαι. οἱ δὲ ἄλλοι τῶν ποιητῶν τέσσαρας παραδεδόασι· μίαν μὲν ἐξ Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας τεχθεῖσαν· ἑτέραν δὲ ἐξ Ἀφροῦ, ἐξ ἧς καὶ Ἑρμοῦ Ἔρως ἐτέχθη· τρίτην Διὸς καὶ Διώνης, ἐξ ἧς καὶ Ἄρεος τεχθῆναί φασιν Ἀντέρωτα· τετάρτην τῆς Συρίας καὶ Κύπρου, τὴν λεγομένην Ἀστάρτην. ἄλλοι δέ φασι, πρώτην μὲν τοῦ Οὐρανοῦ καὶ Ἡμέρας Οὐρανίαν καλουμένην, δευτέραν δὲ Ἀφροῦ καὶ Εὐρυνόμης τῆς Ὠκεανοῦ, καὶ τρίτην τὴν συναφθεῖσαν Ἑρμῇ τοῦ Νείλου, ἐξ ἧς καὶ ὁ δεύτερος Ἔρως, ὁ ὑπόπτερος, τετάρτην Διὸς καὶ Διώνης, ἣν ἔγημεν Ἥφαιστος, λάθρα δὲ αὐτῇ συνελθὼν Ἄρης ἔτεκε τὸν Ἀντέρωτα. καλεῖται δὲ πολλαχοῦ καὶ Πασιφάη, ἡ πᾶσιν ἐπαφιεῖσα τὴν ἡδονήν· καὶ Ἐρυκίνη, παρὰ τὸ τοὺς ἔρωτας κινεῖν. ἀπ' αὐτῆς δὲ καὶ Ἑρμοῦ τὸν Ἑρμαφρόδιτον τεχθῆναι λόγος, οἷον, τὸν εὐφραδῆ καὶ ἀστεῖον λόγον, τὸν ἐξ ἡδονῆς τὸ τραχὺ θηλύνοντα.
p. 90. τὸν δὲ ταύτης ἀστέρα τῇ Σελήνῃ παρέπεσθαί φασι διὰ τὰς νυκτερινὰς συναφείας, ὅθεν καὶ σκιὰν αὐτὸν

Has. Lambecius, qui excerpsit nostrum locum in Animadvers. ad Codin. pag. 153. ed. Paris., *Παμφύλιοι* legit. Codini verba p. 14. Paris. haec sunt: *πλάττουσι δὲ αὐτὴν καὶ γένειον ἔχειν.* Rr.

ὁ δὲ Πλάτων] Platon. Conviv. p. 180. p. 385. Bekker. Cf. Creuzer. ad Cic. De nat. deor. III. 23. p. 622. Rr.

μίαν μὲν ἐξ Οὐρ. κ. Ἡμέρ. κ. τ. λ.] Cic. De nat. deor. III. 3. p. 621. ed. Moser. et Creuz. *Venus prima Coelo et Die nata; cujus Elide delubrum videmus: altera, spuma procreata; ex qua et Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus: tertia, Jove nata et Diona; quae nupsit Vulcano. Sed ex ea et Marte natus Anteros dicitur: quarta, Syria Tyroque concepta; quae Astarte vocatur; quam Adonidi nupsisse proditum est.* *Ἀνθέρωτα,* quod hoc loco et paulo infra erat, mutavi in *Ἀντέρωτα.* *Κύπρου* an ex

nitate); rerum autem natura aeterna et corruptioni non obnoxia. *Βενίσαι* (fort. *venizare*) rebus venereis deditum esse vulgo dicitur. Plato autem duas memorat Veneres, *Οὐρανίαν* (Uraniam, i. e. Coelestem) et *Πάνδημον* (Pandemon, i. e. Popularem): et illam cum diis, hanc cum hominibus conjunctam esse. Reliqui vero poëtae quatuor tradunt: unam Coelo et Die natam; alteram Spuma procreatam, ex qua et Mercurio Cupido natus est; tertiam Jove natam et Diona, ex qua et Marte natum dicunt Anterota; quartam Syria Cyproque conceptam, quae Astarte vocatur. Alii vero dicunt, primam esse Coelo et Die natam, quae Urania vocatur; secundam Spuma et Eurynome, Oceani filia, procreatam; et tertiam adjunctam Mercurio, Nili filio, ex qua et Cupido secundus natus dicitur, is qui alis praeditus est; quartam Jove natam et Diona, quae nupsit Vulcano, cum qua postquam clam coiit Mars, procreavit Anterota. Vocatur autem saepe et *Πασιφάη* (Pasiphaë), *ἡ πᾶσιν ἐπαφιεῖσα τὴν ἡδονήν* (i. e. quae in omnes immittit voluptatem); et Erycine, *παρὰ τὸ τοὺς ἔρωτας κινεῖν* (i. e. ab excitando amores). Illa autem et Mercurio Hermaphroditum procreatum docent, quasi, disertam et urbanam orationem, quae voluptate ea quae dura sunt emollit. Hujus autem stellam Lunam comitari dicunt propter nocturnas consuetudines,

Τύρου ortum sit, haud pro certo contenderim. Ceterum vide de hoc nostro loco Creuzeri Moserique annot. ad Cic. l. l. Cf. Creuzer. Symb. vol. II. p. 614. Rr.

συνελθ. Ἄρης ἔτεκε τὸν Ἀντέρωτα] Cf. Cic. De nat. deor. III. 23. ibique Davis. Cr.

Πασιφάη] De Pasiphaë Oceani filia vid. Cic. lib. laud. III. 19. p. 573. ed. Moser. et Creuzer. hujusque not. 30. et Symbol. vol. IV. p. 86. sqq. Rr.

Ἐρυκίνη] Paris. *ἐρικίνη*. De hoc Veneris epitheto vid. Cic. Verr. II. 8. Ovid. Heroid. XV. 57. Hor. Od. I. 2. 33. Conf. Creuzer. Symb. vol. IV. p. 165. Rr.

ἀποτελεῖν διὰ τὸ σωμάτων εἶναι παρεκτικόν. ἱερούργουν δὲ αὐτῇ χῆνας καὶ πέρδικας, ὅτι αἱ μὲν τοῖς ὕδασι χαίρουσι (πελαγία δὲ ἡ Ἀφροδίτη), οἱ δὲ ταῖς φωναῖς τῶν θηλείων ἀγόμενοι ἁλίσκονται. τοσαῦται μὲν τοῖς παλαιοῖς αἱ περὶ Ἀφροδίτης κατα μυθικὴν
c. III. καὶ φυσικὴν θεωρίαν δόξαι. Οἱ δὲ φιλόσοφοι Διώνην τὴν Ἀφροδίτην εἶναί φασι τὴν διὰ πάντων οὖσαν τῶν ὄντων φύσιν· τεχθῆναι δὲ αὐτὴν ἐκ τῶν Οὐρανοῦ μηδέων καὶ τῆς Θαλάσσης, τουτέστιν, ἐξ ἀρτίου ἀριθμοῦ καὶ περιττοῦ· καὶ περιττοῦ μὲν ἐκ τοῦ εἴδους, ἀρτίου δὲ ἐκ τῆς θαλάσσης, τουτέστι, τῆς ἀπείρου ὕλης. Κίγκιος δὲ ὁ Ῥωμαῖος σοφιστής φησι τὴν Ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ τεχθῆναι, οἱονεί, ἐκ τοῦ χιονώδους ἀέρος καὶ τῆς ψυχρᾶς οὐσίας τὸ ἔαρ ἀπο-
p. 91. τεχθῆναι. τοσαῦτα περὶ Ἀφροδίτης — ἀνατεθῆναι. — — οὕτως μὲν οὖν Ἕλληνες. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ἀπρίλιον αὐτόν, ὡςανεὶ ἀπερίλιον (οἱονεί, ἀνοικτικὸν τοῦ καιροῦ) φασίν· ἐγκεκλεισμένου γὰρ ὥςπερ ἡδονήν — ἐν δὲ τοῖς ὕμνοις ἐγγὺς τριακοσίοις ὀνόμασιν εὑρίσκομεν καλουμένην τὴν Ἀφροδίτην. οἱ δὲ Φοίνικες

διὰ τὸ σωμάτ. εἶν. παρεκτικόν] Sic ex Cod. Paris. reposui pro Schowii *δ. τ. σ. εἶν. ταρακτικόν*. Quanquam non ausim contendere, eam, quam recepi, unice veram lectionem esse. Rr.

τοσαῦται — κατὰ μυθικὴν καὶ φυσικὴν θεωρ. δόξ.] Sic Boissonad. ad Ovidianar. Metamorph. Planudeam Interpretat. p. 628. Schowii textum corrigit: quam correctionem, ut quae multo facilior quam Schowii sit, recipere non dubitavi. Rr. *Τοσαῦται — κατὰ μυθικὴν φάσιν καὶ θεωρίαν δόξαι*, scripsi pro mendosa codicis lectione: *τοσαῦτα μὲν τ. — κατὰ μυθικὴν καὶ φασὶν θεωρίαν δ.* Sch. Paris. pro *φάσιν κ. θεωρ.* habet: *φασὶ θεωρίαν* [sic]. Rr.

Διώνην τὴν Ἀφροδίτ.] Cf. Creuzer. Symbol. vol. IV. pag. 161. Rr.

τεχθῆναι δὲ αὐτ. κ. τ. λ.] Codex: *τεθῆναι δὲ αὐτὴν ε.* Rescripsi *τεχθῆναι*. Deinde: *τουτέστιν ἐξ ἀρτίου ἀριθμοῦ καὶ περιττοῦ μὲν ἐκ τ.* Omissum *καὶ περιττοῦ* inserui, duce apogr. Marino. Sch.

ἀρτίου ἀρ. κ. περ.] Cf. supra II. 6. Rr.

Κίγκιος] *L. Cincius Alimentus*, qui secundi belli Punici

unde et umbram illum efficere, propterea quod corpora conciliandi vim habet. Sacrificabant autem ei anseres ac perdices, quod illi aquis gaudent (marina autem Venus), hi vocibus feminarum alleoti capiuntur. Hae fere veterum sunt de Venere ex mythica et physica doctrina sententiae. Philosophi vero Dionen Venerem esse dicunt tanquam *τὴν διὰ πάντων οὖσαν τῶν ὄντων φύσιν* (i. e. eam quae per omnia est eorum quae sunt naturam): procreatam autem eam ex Coeli virilibus et Mari, id est, ex pari numero atque impari: et impari quidem ex specie; pari autem ex mari, id est, infinita materia. Cincius autem sophista Romanus Venerem ex spuma natam dicit, velut, ex aëre nivoso et frigida essentia ver procreatum. Haec hactenus de Venere — dicatum esse — — Ita igitur Graeci. Romani autem Aprilem eum, quasi aperilem (velut, qui aperit tempus) dicunt: inclusi enim ut voluptatem — In hymnis autem prope trecentis nominibus reperimus vocari Venerem. Phoenices

tempore de rebus Romm. Graece scripsit. Conf. Macrob. Saturn. I. 12. p. 257. ed. Bip., qui eum *De Fastis* scripsisse dicit. *Περὶ τῶν ἑορτῶν* Noster infra num. 92. eum scripsisse perhibet. Conf. Ideler: Ueber die Zeitrechn. d. Röm. p. 137. Rr.

ἐξ ἀφροῦ τεχθ.] Cf. Ovid. Fast. IV. 62. Rr.

περὶ Ἀφροδίτης — ἀνατεθῆναι] Inter *ἀνατεθῆναι* et *οὕτως μέν* nonnulla desunt. Sch. Non solum inter *ἀνατ.* et *οὕτως μ.*, verum etiam inter *Ἀφρ.* et *ἀνατ.* nonnulla excidisse videntur, quod positis lineolis significavi. Equidem lacunam sic explendam arbitror: *Ἀφροδίτης,* [*ᾗ*] *ἀνατεθῆναι* [*τὸν Ἀπρίλιον ἐλέγομεν*]. Rr.

οἱ δὲ Ῥωμαῖοι Ἀπρίλιον κ. τ. λ.] Ovid. Fast. IV. 87. sqq. *Nam, quia Ver aperit tunc omnia, densaque cedit Frigoris asperitas, fetaque terra patet; Aprilem memorant ab aperto tempore dictum: Quem Venus injecta vindicat alma manu.* Cf. Varron. De ling. Lat. V. p. 50. Scal. Plutarch. Vit. Num. cap. XIX. Macrob. Saturn. I. 12. pag. 257. Bip. Pro *ὡςανεὶ ἀπερίλ.* Paris. *οἱονεὶ ἀπερίλλιον.* Rr.

ἐγκεκλεισμ. γὰρ ὥςπ. ἡδ.] Haec non sana sunt: deesse aliquid videtur. Has. Senten-

Ἀστάρτην, τὴν σφῶν πολιοῦχον, (οἱονεί, τὴν ἀστερέαν, ἢ τὴν τοῦ ἄστεος ἀρετὴν) εἶναι τὴν Ἀφροδίτην βούλονται. ἐκ γὰρ τοῦ Λιβάνου (ὄρος δέ ἐστιν ἐκεῖ ἔκ του πρὸς Λιβανοῦ ἄστεος οὕτω καλουμένου) δύο ποταμοὶ ἐκπίπτουσιν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ὧν ο μὲν μείζων καὶ διειδέστατος Ἄδωνις, ὁ δὲ ἐλάσσων καὶ γεωδέστερος Ἄρης προσαγορεύεται. ἐπεὶ οὖν Ἄδωνις ὅλος ἐμμίγνυται τῷ πελάγει, δοκεῖ μᾶλλον αὐτὸς ἀγαπᾶσθαι πρὸς τῆς Ἀφροδίτης, ἀντὶ τοῦ, τῆς θαλάσσης.

45. Ταῖς τοίνυν Καλένδαις Ἀπριλίαις αἱ σεμναὶ γυναικῶν ὑπὲρ ὁμονοίας καὶ βίου σώφρονος ἐτίμων τὴν Ἀφροδίτην· αἱ δὲ τοῦ πλήθους γυναῖκες ἐν τοῖς τῶν ἀνδρῶν βαλανείοις ἐλούοντο, πρὸς θεράπειαν αὐτῆς μυρσίνῃ ἐστεμμέναι, ἢ ὅτι μυρσίνη ἐπιτηδεία τοῖς βρέφεσίν ἐστι (ῥωννύσι γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀρτιγενῶν, καὶ παρὰ τὰ ἄλλα δὴ τῶν ἀειθαλῶν φυτῶν εὐωδεστάτη τυγχάνει ἡ μυρσίνη), ἢ ὅτι μόνη ἐν φυτοῖς χαίρει τῇ θαλάσσῃ. ἐτιμᾶτο δὲ ἡ Ἀφροδίτη τοῖς
p. 92 αὐτοῖς, οἷς καὶ ἡ Ἥρα· ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ πρόβατον κωδίῳ ἐσκεπασμένον συνέθυον τῇ Ἀφροδίτῃ (ὁ δὲ τρόπος τῆς ἱερατείας ἐν τῇ Κύπρῳ ἀπὸ τῆς Κορίνθου παρῆλθέ ποτε)· εἶτα δὲ καὶ σύας ἀγρίους ἔθυον αὐτῇ διὰ τὴν κατὰ Ἀδώνιδος ἐπιβουλήν, τῇ πρὸ τεσσάρων Νωνῶν, ἤγουν τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τοῦ Ἀπριλίου.

c. IV. 46. Τῇ πρὸ τριῶν Νωνῶν Ἀπριλίων Ἡρακλῆς

tiam verborum, quae lacuna hausit, fortasse augurari liceat ex his Ciceronianis De nat. deor. II. 40: (Sol) *binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit; quarum intervallo tum quasi tristitia quaedam contrahit terram, tum vicissim laetificat, ut cum caelo hilarata videatur.* Cr.

Ἀστάρτ., τ. σφ. πολιοῦχ.] In codice menda: Ἀστάρτην τὴν σφῶν πολιτῆχον. quam sustuli. Inter βούλονται et ἐκ γὰρ τ. hiatus. Sch.

ἔκ του πρὸς Λίβ. ἄστ.] Fuerat ἐκ τοῦ πρ. Λ. ἄστ. Scri-

autem Astarten, suam urbium praesidem (quasi, τὴν ἀστερίαν (i. e. stellatam) vel, τὴν τοῦ ἄστεος ἀρετὴν (i. e. urbis virtutem) esse Venerem volunt. Ex Libano enim (mons autem ibi est qui ex oppido quodam ad Libanum sito ita nominatur) duo fluvii in mare effunduntur, quorum major et magis perspicuus Adonis, minor et magis terrosus Ἄρης (Mars) appellatur. Cum igitur Adonis totus immisceatur mari, videtur magis ille amari a Venere, pro mari.

45. Kalendis igitur Aprilibus nobiles feminae pro concordia et vita honesta colebant Venerem; plebejae autem mulieres in virorum balneis lavabant, in honorem illius myrto coronatae, vel quod myrtus accommodata infantibus est (corroborat enim corpora infantium recens natorum et prae ceteris perpetuo virentibus plantis optime olet myrtus), vel quod sola inter plantas gaudet mari. Colebatur autem Venus iisdem (victimis), quibus et Juno; in Cypro autem ovem pelle ovilla involutam una immolabant Veneri (disciplina autem sacerdotii in Cyprum a Corintho olim perlata est): postea vero et apros ei immolabant propter insidias (ab hac bestia) in Adonidem factas, a. d. IV Nonarum, i. e. die secundo Aprilis.

46. A. d. III Nonarum Aprilium Hercules Epini-

---

bendum ἐκ του. Has. Pro Ἄλβανον Paris. λἴβαν [sic]. Rr.

διειδέστ. Ἄδωνις] Vid. Strab. lib. XVI. pag. 1074. ed. Oxon. Flumen tamen, quod *Ares* dicatur, ibi non reperio. De Adonide flumine cf. Creuzer. Symb. vol. II. p. 109. Pro διειδέστατος fortasse legendum διειδέστερος. Rr.

45. Ταῖς τοίν. Καλ. Ἀπρ. αἱ σεμναὶ κ. τ. λ.] Vid. Ovid. Fast. IV. 133. sqq. Rr.

μυρσίνῃ ἐστεμμέναι] Vid. Plutarchi Quaest. Romm. cap. XIX., ubi de Venere Μυρτίᾳ et de myrto Veneri sacra. Cr.

ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ] *In Cyprum.* Videtur enim hoc quoque loco Praepositio ἐν pro εἰς adhibita esse, ut saepius. Vide indicem. Rr.

διὰ τὴν κατὰ Ἀδών. ἐπιβουλ.] Cf. supra num. 44. pag. 212. et Creuzer. Symbol. vol. II. p. 106. not., ubi hic locus laudatur. Rr.

46. Τ. πρ. τρ. Νων. Ἀπριλ.

ἐπινίκιος ἐτιμᾶτο, οἷα ὑγείας δοτήρ. καὶ ῥαφάνων νόμος κατὰ τὸν μῆνα τοῦτον ἀπέχεσθαι Ῥωμαίοις. Ἡρακλῆς δὲ ὁ χρόνος παρὰ τῷ Νικομάχῳ εἴρηται,
v. 93. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἥλιος, λέγοντι οὕτως· „Ἡρακλῆς μὲν οὖν ὁ τὴν περὶ τὸν ἀέρα κλάσιν τῇ τῶν ὡρῶν περιτροπῇ ποιούμενος, τουτέστιν, Ἥλιος.“ διὸ δὴ καὶ ἐν τοῖς τούτου μυστηρίοις τοὺς ἄῤῥενας γυναικείαις στολαῖς κοσμοῦσιν, ἅτε δὴ ἐξ ἀγριότητος καὶ ἀγονίας τῆς κατὰ τὸν χειμῶνα ἀρχομένου τοῦ σπερματικοῦ τόκου θηλύνεσθαι. καὶ ταῦτα μὲν τῷ ἔαρι ἐτέλουν. τρία δὲ αὐτῷ μῆλα ἐν τῇ λαιᾷ ταῖν χεροῖν, τῆς χρόνου δι' αὐτοῦ ἀναμερίσεως σύμβολον· μῆλον μὲν γὰρ διὰ τὴν πρὸς τὸν καιρὸν αὐτοῦ συμπάθειαν, ἀρχὴ δὲ χρόνου ἐαρινὴ τροπή. καὶ ἄλλως δὲ τρία, ὅτι τριμερὴς ὁ χρόνος. ἀνάγειν δὲ λέγεται τὸν κύνα τὸν τρικέφαλον ἐκ τοῦ Ἅιδου, ὅτι φρουρητικὸς καὶ λυμαντικὸς ὁ χρόνος, ὥςπερ δὴ καὶ ὁ κύων· τρεῖς δὲ αὐτῷ κεφαλαί, ὅ τε παρελθὼν καὶ ὁ ἐνεστὼς καὶ ὁ μέλλων καιρός. καὶ ἄλλως δὲ τὰ τρία μῆλα ληπτέον

Ἡρ. ἐπινίκ. ἐτ.] Ἀπριλίων Paris. om. et pro ἐπινίκιος habet ἐπίνικος. — De tota Herculis fabula vid. Creuzer. Symb. vol. II. p. 202—260. Rr.

Ἡρακλῆς δὲ ὁ χρόνος] Sic Hymn. Orph. XII. 3. invocatur Hercules: αἰολόμορφε, χρόνου πάτερ — quem locum laudat Creuz. in Dionys. pag. 142., ubi plura vide de hac re. Conf. ejusd. Symbol. vol. III. p. 308. et 312., ubi hic quoque locus memoratur. Rr.

παρὰ τῷ Νικομάχῳ] Fortasse in libris Περὶ ἑορτῶν, quorum primus citatur apud Athen. XI. 55. p. 269. Cf. Creuzer. in Dionys. p. 25. sqq. Rr.

ἀλλὰ μὴν καὶ Ἥλιος] Vid. Creuzer. in Dionys. p. 141. Rr.

λέγοντι οὕτως] Codex: λέγων οὕτως. Scripsi: λέγοντι οὕτως. structura iubente. Sch. Ad grammaticam recte quidem Schowius: sed critica ratio λέγων poscere videtur. Paris. quoque λέγων. Rr.

τὴν περὶ τὸν ἀέρα κλάσιν] Legend. κρᾶσιν, ut Ptolem. Geograph. 17. A. ὡρῶν κράσεως. S. Joann. Chrysostom. Orat. IV. De sacerdotio VI. 34. lin. 30. ἀέρων κράσις [sic] ἀρίστη· idemque de eod. Orat. VI. 47. lin. 23. τῆς ἀρίστης μὴ ἀμοιρῶσαι κράσεως τῶν ὡρῶν. Has. Nisi forte per ἀέρα et κλάσιν Herculis no-

cius (Victor) colebatur, tanquam sanitatis dator (s. auctor). Et raphanis hoc mense abstinere Romanis mos erat. Hercules autem tempus a Nicomacho dictus est, verum et Sol, ita dicente: „Ἡρακλῆς (Hercules) igitur is est, qui τὴν περὶ τὸν ἀέρα κλάσιν (i. e. fractionem quae in aëre fit) tempestatum conversione efficit, id est, Sol.“ Hanc nimirum ob causam et in ejus mysteriis mares femineis vestibus ornant, quippe cum post feritatem et infecunditatem quae hyeme obtinet incipiat germen seminale emolliri. Et haec veri tribuebant. Tria autem ei mala in manu sinistra, temporis quae per eum fit partitionis signum: malum enim ob ejus cum tempestate consensum, initium autem temporis solstitium vernum. Et praeterea tria, quoniam tripartitum tempus. Educere autem dicitur canem tricipitem ex Tartaro, quod proprium est temporis, ut custodiat et corrumpat, quemadmodum nimirum et canis: tria autem ei capita sunt, praeteritum, praesens et futurum tempus. Et praeterea tria mala accipienda in Hercule ex placito phi-

men (Ἡρα-κλῆς) interpretari vult Nicomachus, quemadmodum, qui a Creuzero in Dionys. pag. 142. laudantur, Scholiasta Hesiod. Theogon. pag. 136. per ἀέρος κλέος, et Macrobius Saturn. I. 20. per Ἥρας κλέος. Rr.

ἐν τοῖς τούτου μυστηρίοις] Paris. ἐ. τ. τ. μηροῖς [sic]. Rr.

ἅτε δὴ ἐξ ἀγριότητος καὶ ἀγονίας] Pro ἀγονίας Cod. Paris. cum Romano ἀγορίας, vitiose. Levi immutatione literae ρ in ν videor mihi sanasse hunc locum. Eodem modo Horatio hyems *iners* nuncupatur: Od. IV. 7. vers. 12. *bruma recurrit iners*. Rr. Jacobs. quoque in Antholog. Palat. Nott. p. 503. ἅτε δὴ ἐξ ἀγριότητος καὶ ἀγονίας legit. Vid. eundem in Philostrati Iconn. pag. 220. Cr. Codex: ἅτε δὴ ἐξ ἀγριότητος καὶ ἀγορίας τ. Vitium καὶ ἀγορίας eieci, emendationem ἐξ ἀγριότητος retinui. Sch.

ταῦτα μὲν τῷ ἔαρι] Suspicor τ. μ. αὐτῷ ἐν τῷ ἔαρι. Rr.

ἀναμερίσεως σύμβ.] Plut. De Isid. et Osir. pag. 506. ed. Wyttenb. Cr.

λυμαντικὸς ὁ χρόν.] Nost. De magistr. pag. 218. ὁ χρόνος, λυμαντικὸς ὢν κατὰ φύσιν. Rr.

καὶ ἄλλως δὲ τὰ τρία μῆλα] μῆλα recepi ex Cod.

ἐπὶ Ἡρακλέους κατὰ φιλόσοφον δόγμα, ὅτι τὰς τρεῖς περιόδους ὁ ἥρως ἀνύσας τοῦ πρακτικοῦ βίου τέλειος εἶναι δοκεῖ. ταύτῃ καὶ τριέσπερος λέγεται κατὰ Λυκόφρονα, φησὶ γάρ·

Τριεσπέρου λέοντος, ὅν ποτε γνάθοις
Τρίτωνος ἠμάλαψε κάρχαρος κύων·

τὸ γὰρ τρισὶ νυξὶν ἐσπάρθαι τὸν Ἡρακλέα μυθικόν ἐστιν. Ἥβην δὲ καλλίσφυρον αὐτῷ δίδωσιν, οἱονεί, τὴν δημιουργικὴν δύναμιν, καὶ τὸ καλὸν τὸ ἐγκόσμιον. ὁ δὲ στέφανος τελειότητος δεῖγμά ἐστι· διὸ δὴ θεοῖς καὶ βασιλεῦσι καὶ ἱερεῦσιν ἐδίδοτο πρώτως· τῆς δὲ
p. 94. Τύχης ἀφελομένης παρὰ τῆς ἀρετῆς τὸν στέφανον, οἱ ἱερεῖς τὸ λοιπὸν, ἀποκειρόμενοι τὴν κόμην, κύκλον τινὰ τριχῶν ἀντὶ στεφάνου τῇ κεφαλῇ περιποιοῦσι. δωδεκάμοχθόν γε μὴν αὐτόν φασι, διὰ τὸ τὰ δώδεκα ζώδια ἐκτρέχειν· καὶ τὴν Ἄλκηστιν δὲ τῷ Ἀδμήτῳ ἀναψυχώσας ἀποδίδωσιν, οἷον, τῷ κόσμῳ τὴν ζωογόνον φύσιν ἐν τῷ χειμῶνι κατανεκρωθεῖσαν ὁ Ἥλιος ἀποκαθιστῶν· Ἄδμητος γὰρ ὁ κόσμος, παρὰ τὸ ἀκάμαντα εἶναι καὶ ἀείζωον. Αὔγειαν δὲ διαφθεῖραι λέγεται· καὶ γὰρ ἀνίσχων ὁ Ἥλιος τὸν ὄρθριον διασκορπίζει καιρὸν, ὃν οἱ πολλοὶ αὐγὴν ὀνομάζουσιν. ὑπὸ δὲ Εὐρυσθέως προστάττεται ὁ Ἡρακλῆς τοὺς δυοκαίδεκα ἄθλους ἐκτελεῖν, ἀντὶ τοῦ, ὁ Ἥλιος κελεύσει τοῦ μεγάλου θεοῦ, ἀντιβαινούσης τῆς Ἥρας (οἱονεί, τῆς σφαίρας), ἀντίῤῥοπος αὐτῇ τὸν δωδεκαζώδιον διαφεύγει οὐρανόν. οὕτως μὲν οἱ φιλόσοφοι.

Paris. Schow. omiserat. Explicat hunc locum Creuzer. in Dionyso p. 145. sq. Rr.

κατὰ Λυκόφρονα] Lycophron. Cassandra vers. 33., qui inde a versu 31. sic habet: Αἲ αἲ τάλαινα θηλαμὼν κεκαυμένη, Καὶ πρόσθε μὲν πεύκῃσιν οὐλαμηφόροις Τριεσπέρου λέοντος κ. τ. λ. Joann. Meurs. not. pag. 110. sqq. ed. Lugd. Batav. „Trinoctem leonem vocat Herculem, quia tres noctes cum Alcmena concubuerit Jupiter: praeceperat enim soli, uti fabulantur, ut tres dies lateret." Rr.

καλλίσφ. αὐτ. δίδωσιν] Fort. legend. κ. αὐτ. διδόασιν. Rr.

ὁ δὲ στέφανος] Ante ὁ δὲ

losophico, quod tribus periodis vitae operosae peractis heros perfectus esse videtur. Quare et τριέσπερος (i. e. trinoctius) vocatur, auctore Lycophrone; dicit enim:

> Trinoctii leonis, quem olim maxillis Tritonis perdidit asper canis.

